3 1761 08825282 0

NIV.OF
ORONTO
IBRARY

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/carminah02home

LGr
H766Le

Homer

HOMERI CARMINA.

CUM PROLEGOMENIS, NOTIS CRITICIS, COMMENTARIIS EXEGETICIS

EDIDIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

LITT. HUM. DR., IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA ANTEHAC PROF. ORD.

[Vol. 2]

ODYSSEA.

LUGDUNI BATAVORUM

IN AEDIBUS SOCIETATIS CUI NOMEN:

A. W. SIJTHOFF's UITGEVERSMAATSCHAPPIJ.

MCMXVII.

ODYSSEA.

CUM NOTIS CRITICIS, COMMENTARIIS EXEGETICIS, INDICIBUS AD UTRUMQUE EPOS PERTINENTIBUS

EDIDIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

LITT. HUM. DR., IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA ANTEHAC PROF. ORD.

509472
18. 7. 50

LUGDUNI BATAVORUM

IN AEDIBUS SOCIETATIS CUI NOMEN:

A. W. SIJTHOFF's UITGEVERSMAATSCHAPPIJ.

MCMXVII.

De huius editionis ratione et consilio quantum satis videbatur scriptum est in prolegomenis, quae Iliadi annis 1912 et 1913 editae sunt praemissa. Etiam fragmentorum papyraceorum et codicum ibi facta est mentio, in his codicis Rylandiani ceteris vetustioris et in Odysseae hac editione primum usurpati.

Postquam prolegomena typis sunt perscripta, libri ad Odysseam illustrandam utiles cum alii prodierunt tum hi: E. Belzner, Homerische Probleme, I 1911 (mit einem Nachwort von A. Römer), II 1912; A. Römer (†), Homerische Aufsätze, 1914; C. Rothe (†), die Odyssee als Dichtung und ihr Verhältnis zur Ilias, 1914; G. Finsler (†), Homer^2, erster Teil, der Dichter und seine Welt, 1914; ipse autem patrio sermone usus de poetae arte disputavi in opere cui titulus: Homerus, Gestalten en Tooneelen van het oud-grieksche Heldendicht, 1913.

v. L.

ΟΔΥΣΣΕΙΑ.

ϑεῶν ἀγορά.

α ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
'πλάγχϑη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεϑρον ἔπερσε.

---

1. *πολύτροπον*] *-κροτον* quidam olim, ut in Hes. fr. 94 Ulixes dicitur *πολύκροτα μήδεα εἰδώς*. Cf. Eust. 1381, 46 et schol. ad Ar. Nub. 260.

1--21. *Duae* causae in Odyssea commemorantur malorum, quibus oppressus Ulixes vix tandem in patriam rediit, vita quidem salva, sed opibus et sodalibus omnibus amissis: caesi *boves Solis* (cf. vs. 6 – 9) et occaecatus *Polyphemus* (cf. vs. 20 sq.). *Solis* autem vindex extitit *Iuppiter* pater, *Polyphemi* pater *Neptunus*. Quae fabulae ἐκ παραλλήλου fere decurrentes primitus non cohaeserunt, sed ab Odysseae poeta in unum sunt coniunctae. Ceterum ratio tulit ut in carminibus Odyssea et Iliade antiquioribus *Iuppiter* — vel potius *deus Idaeus* — omnes heroës, qui Troiam vastassent, odio insectaretur (cf. A 1 – 7), et ipsius Odysseae locis compluribus haud ambigue id dicitur (cf. γ 132 – 135). In antiquissimis igitur fabulis necesse non fuit ut et alia causa aliqua accederet, qua deus ille permoveretur ad ulciscendum Ulixem; sed in Odysseam velut in unum narrationis alveum confluxerunt quatuor fabularum rivuli:

1) heros, qui *luminis deus* fuit primitus, monstro in *caverna caliginosa* degenti oculum effodit; quam ob causam ei irascitur *deus tenebrarum* (*Neptunus*).

2) *nautae* errantes *armenta sacra* caedunt: irascitur iis *Sol*.

3) heros *capta Troia* cum militibus classe *domum redit*: irascitur ei *deus Idaeus* (*Iuppiter*).

4) heros *iuvenis orientem petens* in insula beata *virginem pulcherrimam* ducit *uxorem* (cf. ζ init.).

Qui rivuli postquam undas suas

πολλῶν δ' ἀνϑρώπων 'ϝίδε ϝάστεα καὶ νόον ἔγνω,
πολλὰ δ' ὅ γ' ἐν πόντωι ἔπαϑ' ἄλγεα ϝὸν κατὰ ϑυμόν, 4^{b} = ν 90
ἀρνύμενοσ ϝήν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων.
ἀλλ' οὐδ' ὧσ ἑτάρουσ ἐρρύσατο ϝιέμενόσ περ·
αὐτῶν γὰρ σφετέρηισιν ἀτασϑαλίηισιν ὄλοντο, 7 cf. Δ 409
νήπιοι, οἳ κατὰ βοῦσ Ὑπερίονοσ Ἠελίοιο 8^{b} = Θ 480
ἤσϑιον· αὐτὰρ ὃ τοῖσιν ἀφείλετο νόστιμον ἦμαρ. 9^{b} = τ 369
τῶν ἁμόϑεν γε, ϑεὰ ϑύγατερ Διόσ, εἰπὲ καὶ ἧμιν.
ἔνϑ' ἄλλοι μὲν πάντεσ, ὅσοι 'φύγον αἰπὺν ὄλεϑρον,
ϝοίκοι ἔσαν, πόλεμόν τε πεφευγότεσ ἠδὲ ϑάλασσαν·
τὸν δ' οἶον νόστου κεχρημένον ἠδὲ γυναικὸσ
Νύμφη πότνι' ἔρυκε Καλυψώ, δῖα ϑεάων, 14^{b} sq. = ι 29 sq.
ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι, λιλαιομένη πόσιν εἶναι. 15 cf. ψ 334^{b} sq.[a]
ἀλλ' ὅτε δὴ ϝέτοσ ἦλϑε περιπλομένων ἐνιαυτῶν, 16^{b} cf. Ψ 833 λ 248

3. *νόον*] sic Ar., *νόμον* Zen. (cf. ϱ 487). ‖ 7. *αὐτῶν*] *-τοὶ* N Y (ut vs. 33). Cf. ο 262 π 197. ‖ 10. *εἰπὲ*] neglecto ϝ, *ἔσπε* Fick (cf. § 246).

commiscuerunt — sive ante poetae nostri aetatem sive in ipsa demum Odyssea id factum est — et carminis materiem praebuerunt, *Neptunus* abiit in deum *marinum* — talem enim poeta noster, ut olim Iliadis poeta, eum noverat — per maris fluctus Ulixi perniciem molitum, et *Iuppiter* Ulixi non suo nomine mala struxit, — nam *Idaeum* illud numen ea aetate post deum Olympium latitabat (cf. Α 1—7), — sed ut iniuriam *Soli* illatam ulcisceretur; ipse autem heros non in insula *orientali* uxorem duxit, sed bello Troiano confecto *Ithacam* rediit ad uxorem pridem ductam.

1. *Virúm mihi Caména insece versútum.* Sic numeris Saturniis hunc versum reddidit Livius Andronicus (cf. Gellius XVIII 9 § 5).

10. ἁμόθεν γε] *undecumque* facto initio. Cf. Α 6. — Adv. †, aliae autem huius stirpis voces apud H. non inveniuntur.

— καὶ ἧμιν] et alii igitur poetae ante nostrum hoc argumentum tractarunt; τῶν μὲν οὖν πρὸ Ὁμήρου οὐδενὸσ ἔχομεν εἰπεῖν τοιοῦτον ποίημα, εἰκὸσ δὲ εἶναι πολλούσ (Aristot. Poet. 4 § 9). Cf. Α 307. Pluralem autem numerum nunc usurpans noster cogitat *se ipsum et eos qui aurem ei praebent* (cf. Β 486 et Ζ 414).

11. Cf. Α 8 sq.

— ἔνθ'(α)] *tunc, illo tempore quod cogito.* Sic τότε saepe, praesertim apud posteros, spectat temporis articulum nondum indicatum sed e verbis proximis efficiendum.

— ἄλλοι μὲν πάντεσ] de ceteris his regibus poeta suo loco narraturus est quae opus fuerint: de *Agamemnone*, de *Menelao*, de *Nestore*, de utroque *Aiace*, de *Diomede*, de ipso *Achille*, — quae in Iliade relata sunt quodammodo continuans et explens.

15. σπέεσι] § 71.

16. περιπλομένων ἐνιαυτῶν] *volventibus annis* Verg. Aen. I 234, neque

τῶι ϝοι ἐπεκλώσαντο θεοὶ ϝοῖκόνδε νέεσθαι
εἰσ Ἰθάκην, οὐδ' ἔνθα πεφυγμένοσ ἦεν ἀέθλων
καὶ μετὰ ϝοῖσι φίλοισι· θεοὶ δ' ἐλέαιρον ἅπαντεσ
νόσφι Ποσειδάωνοσ, ὃ δ' ἀσπερχὲσ 'μενέαινε 20ᵇ cf. Δ 32 ζ 330
ἀντιθέωι Ὀδυσῆϊ πάροσ ϝὴν γαῖαν ἱκέσθαι. 21 = ζ 331
ἀλλ' ὃ μὲν Αἰθίοπασ μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντασ,

---

23 *Αἰθίοπασ, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,*
οἳ μὲν δυσομένοι' Ὑπερίονοσ, οἳ δ' ἀνιόντοσ,

---

19 *ϝοῖσι φίλοισι*] *οἷσ ἑτάροισι* M. || 21. *ἱκέσθαι*] *ἰδέσθαι* M (cf. γ 233). || 23 sq. Del. Knight; cf. comment. || 24. *οἳ μὲν . . . οἳ δ'*] sic Ar., *ἠμὲν . . . ἠδ'* Crates apud Strab. 30.

---

aliter haec verba accipi voluit Odysseae poeta (cf. e. g. λ 248). Sed iunctura vocum ϝέτοσ et ἐνιαυτόσ videtur testari tum cum nata est non unum eundemque fuisse ambarum sensum, sed ἐνιαυτόν tunc significasse *mensem*. Cf. κ 14 et ξ 161. Quae causa — non sola quidem, sed cum aliis iuncta — fortasse effecit ut et bellum Troianum et Ulixis errores in Odyssea et in carminibus recentioribus per longam annorum seriem fuerint protracta.

17. ἐπεκλώσαντο] *decreverant*. De verbi vi cf. Υ 127 sq.

18 sq. *Ne tum quidem mala effugerat suisve redditus erat, di autem coeperunt eius misereri.* Paratactice dicta haec pro: *di eius misereri coeperunt propterea quod mala nondum effugisset neque ad uxorem filiumque rediisset.* Ultimis autem verbis id inest quod gravissimum est ipsamque carminis summam habet; non enim *iter* herois *in patriam* sed eius *reditum ad uxorem* poeta sibi proposuit argumentum. Verba οὐδ' — φίλοισι in parenthesi collocabat Ar., a voce θεοί apodosin incipiens (cf. Ariston. ad Π 46).

22—26. De deorum apud Aethiopes epulis cf. Α 423—427.

22. ἀλλ'(ά)] iam igitur tempus ei succurrendi fuit: festinato opus, dum afuit Neptunus.

23 sq. Epanalepsis, de qua cf. Β 671—673, in Odyssea nisi spurio hoc loco non invenitur. Nam alia res est ω 253 sq. — Hos versus orationem interrumpentes (μετεκίαθε . . . ἀντιάων) qui inseruit, videtur operam dedisse ut quae narrabantur de Neptuno dum ab *Aethiopibus* redit Ulixem in *Scheriae* vicinia conspicienti (cf. ε 282 sq.) cum situ locorum conciliaret. In *occidentali* videlicet aliqua regione Phaeaces collocabat duorum horum versuum auctor, haud sane improbabiliter, quoniam ratio ferebat ut *mortuorum* hi *portitores* ad occidentem habitarent, invito tamen ipso Odysseae poeta; hic enim Phaeaces in *orientali* parte orbis terrarum collocavit et Neptunum, cum ex hoc itinere ab Aethiopibus rediret, Ulixem e *Lyciae* montibus conspexisse sumsit. Occidentales autem Aethiopes aliunde nulli sunt cogniti.

23. δεδαίαται] forma insolita; cf. § 205.

24. δυσομένοι'(ο)] § 59. Insolitus est hic usus genitivi, quo „Aethiopes solis ad occasum vergentis" et „solis orientis" vocantur homines qui in occidentali et qui in orientali margine orbis terrarum habitant.

ἀντιάων ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβησ·
ἔνθ' ὅ γ' ἐτέρπετο δαιτὶ παρήμενοσ, οἳ δὲ δὴ ἄλλοι
Ζηνὸσ ἐνὶ μεγάροισιν Ὀλυμπίου ἁθρόοι ἦσαν.
τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, 28 = X 167
'μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύμονοσ Αἰγίσθοιο, 29-31 cf. δ 187 sqq.
τόν ῥ' Ἀγαμεμνονίδησ τηλεκλυτὸσ ἔκταν' Ὀρέστησ.
τοῖ' ὅ γ' ἐπιμνησθεὶσ ϝέπε' ἀθανάτοισι μετηύδα·
„ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺσ βροτοὶ αἰτιάονται!
ἐξ ἥμων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἳ δὲ καὶ αὐτοὶ
σφῆισιν ἀτασθαλίηισιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσι.
ὡσ καὶ νῦν Αἴγισθοσ ὑπὲρ μόρον Ἀτρεΐδαο
'γῆμ' ἄλοχον μνηστήν, τὸν δ' ἔκτανε νοστήσαντα,
ϝειδὼσ αἰπὺν ὄλεθρον· ἐπεὶ προεϝείπομεν ἥμεσ,
Ἑρμείαν πέμψαντεσ ἐΰσκοπον Ἀργεϊφόντην,
μήτ' αὐτὸν κτείνειν μήτε μνάεσθαι ἄκοιτιν·
‚ἐκ γὰρ Ὀρέσταο τίσισ ἔσσεται Ἀτρεΐδαο,
ὁππότε χ' ἡβήσηι καὶ ϝῆσ ἱμείρεται αἴησ.'
ὣσ ἔφαθ' Ἑρμείασ, ἀλλ' οὐ φρένασ Αἰγίσθοιο
'πεῖθ' ἀγαθὰ φρονέων· νῦν δ' ἁθρόα πάντ' ἀπέτισε." 43 cf. X 271
τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπισ Ἀθήνη· 44 sq. = 80 sq. 44' sq. = ω 30 sq.

31. ϝέπε' ἀθανάτοισι μετηύδα] ἔπεα πτερόεντα προσηύδα P H[1] (ut vs. 122 al.; cf. etiam δ 189). ‖ 34. ἔχουσι] ἐπέσπον Heracl. incredib. 39 (cf. γ 134 λ 197 al.) ‖ 37. προεϝείπομεν Bentley] πρό οἱ εἴπομεν. ‖ 38. πέμψαντεσ Μαίησ ἐρικυδέοσ ἀγλαὸν υἱὸν Massil. (cf. ξ 435 et l. a. A 1). — πέμψαντεσ] -ντε Zen. Aristoph. (cf. § 52), -ντε(σ) διάκτορον b (cf. vs. 84), idque legit schol. E. ‖ 39. κτείνειν] κτεῖναι G M. ‖ 41. καὶ U] τε καί. — ἱμείρεται] ἐπιβήσεται q et in marg. U[2] W.

25. ἀντιάων] § 191.

29 sq. *Recordabatur enim viri praestantissimi Aegisthi,* qui nisi culpam in se admisisset, a filio viri quem ipse necaverat non esset occisus. — Dicitur ἀμύμων Aegisthus, quippe rex fortis nobilis potens, licet scelus commissum ei mortem intulerit.

31. τοῖ'(ο)] § 59.

32. αἰτιάονται] § 191.

33. ἥμων] § 92.

34 sq. ὑπὲρ μόρον] cf. P 327 (et χ 413).

35 et 43. νῦν] de rebus quae nuper acciderunt fit sermo. Nam ante *biennium* Aegisthus ab Oreste est caesus. Cf. γ 311. Ceterum *parataxi* debetur quod iuncta sunt νῦν et ἔγημε, nam quae dicit poeta haec sunt: *quemadmodum nunc poenam dedit Aegisthus, qui uxorem duxerat Agamemnonis et ipsum interfecerat, etsi nos eum ore Mercurii iusseramus a consilio scelesto desistere.*

37. ἥμεσ] § 92.

39. μνάεσθαι] § 190 sq.

40—43. Cf. Δ 303—309.

41. ὁππότε χ'(κε)] § 326.

„ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
καὶ λίην κεῖνόσ γε ϝεϝοικότι κεῖται ὀλέθρωι. 46ᵃ cf. Θ 358 γ 203 λ 181 ο 155
ὣσ ἀπόλοιτο καὶ ἄλλοσ ὅ τισ τοιαῦτά γε ῥέζοι! 47ᵇ = Ψ 494
ἀλλά μοι ἀμφ' Ὀδυσῆϊ δαΐφρονι δαίεται ἦτορ
δυσμόρωι, ὃσ δὴ δϝηθὰ φίλων ἄπο πήματα πάσχει 49 cf. η 152 ϑ 411
νήσωι ἐν ἀμφιρύτηι, ὅθι τ' ὀμφαλόσ ἐστι θαλάσσησ· 50ᵃ = 198 μ 283
νῆσοσ δενδρεόεσσα, θεὰ δ' ἐν δώματα ναίει,
Ἄτλαντοσ θυγάτηρ ὀλοόφρονοσ, ὅσ τε θαλάσσησ 52ᵇ sq.ᵃ = δ 385 sq.
πάσησ βένθεα ϝοῖδεν, ἔχει δέ τε κίονασ αὐτὸσ
μακράσ, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶσ ἔχουσι.

47. ὣσ] ὡσ Nicanor. ‖ 49. πήματα πάσχει] τῆλ' ἀλάληται schol. ε 3 (cf. γ 313). ‖ 50. ἀμφιρύτηι] Ὠγυγίηι Strab. 26. ‖ 51. δενδρεόεσσα § 63] δενδρήεσσα. — δώματα G² P] δώμασι.

48. δαίεται ἦτορ] ad *dividendi* verbum (§ 205) ut referatur δαίεται suadent quodammodo verba Ξ 20: δαϊζόμενοσ κατὰ θυμόν. Aliud tamen est *discindi*, aliud placidum *dividendi* verbum Plus prosunt collati Υ 394 Ψ 121, ubi δατέεσθαι sive *dividere* id quod *lacerare* vel *conterere* valet. Fortasse tamen satius est ad *incendendi* verbum referre verba μοι . . . δαίεται ἦτορ, ita ut id valeant quod Aristophaneum κάομαι τὴν καρδίαν (Lys. 9). Quicquid id est, cognata utique est locutio καταδάπτεται sive *absumitur* ἦτορ π 92.

50. Voce ὀμφαλῶι non *figuram* insulae, qua ab aliis insulis distinguatur, significari, sed *locum*, cum genitivus θαλάσσησ docet additus, tum vero adverbium ὅθι. Ut umbo medium orbem clipei rotundi obtinet, sic in medio mari, procul ab hominibus (cf. ε 174—176, nos: *in het hart der zee*), iacet insula Calypsus, ἀμφίρυτοσ ideo singulari cum vi vocata (cf. vs. 198). Nam *omnes* quidem insulae undique undis alluuntur, sed et manu facti sunt omnes clipei, quos τυκτούσ tamen et ποιητούσ dixit poeta, ut *bene, affabre* factos significaret (cf. K 853). — Haud aliter *terrarum umbilicus* dictum est fanum Apollinis Delphici (apud Pind., tragicos, Plat. Rep. 427 c), et eadem locutio reperitur in prisca poesi Iudaeorum (Iudic. 9 § 37 Ezech. 38 § 12).

51. De asyndeto explicativo cf. B 671—673.

53. ἔχει] *concreditas sibi habet, servat*; cf. Λ 4. Atlas *vertice caelum sustinere* postea ferebatur (cf. Hes. Theog. 517, arca Cypseli apud Paus. V 18, Eur. Hipp. 747 Ion. 1, Verg. Aen. IV 247, Preller Myth. I⁴ p. 562, 1, vWilamowitz Herakl. II¹ 131), sed h. l. quominus ἔχει vertamus *sustinet*, obstat ratio, licet ita interpretatus sit Aeschylus Prom. 349. Nam plures columnas capite vel humeris *fulcire* Atlas quomodo potuit? Et quae sic columnarum futura erat utilitas?

— αὐτὸσ] *ipse, solus* (cf. Θ 99). Huic uni concreditae fuerunt illae columnae.

54. *Firmamentum* (cf. E 504) *et terram columnis distineri* (ἀμφὶσ ἔχεσθαι, cf. § 316¹) sumsit poeta noster, columnis igitur terra innisis fulciri caeli illud convexum, velut tectum aedium; quarum columnarum curam Atlanti esse permissam.

τοῦ θυγάτηρ δύστηνον ὀδυρόμενον κατερύκει,
αἰεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι
θέλγει, ὅπωσ Ἰθάκησ ἐπιλήσεται· αὐτὰρ Ὀδυσσεύσ,
ϝιέμενοσ καὶ καπνὸν ἀποθρώισκοντα νοῆσαι
ϝῆσ γαίησ, θανέμεν ἱμείρεται. οὐδέ νυ σοί περ 59ᵇ sq.ᵃ = *Ο* 553 sq.
ἐντρέπεται φίλον ἦτορ, Ὀλύμπιε; οὔ νύ τ' Ὀδυσσεὺσ
Ἀργείων παρὰ νηυσὶ χαρίζετο ἱερὰ ῥέζων
Τροίηι ἐν εὐρείηι; τί νύ ϝοι τόσον ὠδύσαο, Ζεῦ;" [cf. ω 477 sq.
τὴν δ' ἀπαμειβόμενοσ προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύσ· 63 sq. = ε 21 sq.
„τέκνον ἐμόν, ποῖόν σε ϝέποσ φύγεν ἕρκοσ ὀδόντων! 64 = τ 492 ψ 70 64ᵇ = *Δ* 350
πῶσ κεν ἔπειτ' Ὀδυσῆοσ ἐγὼ θείοιο λαθοίμην; 65 = *Κ* 243
ὃσ περὶ μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν, περὶ δ' ἱρὰ θεοῖσι 66ᵇ sq. cf. *Υ* 298 sq.
ἀθανάτοισιν ἔδωκε, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι.
ἀλλὰ Ποσειδάων γαιήοχοσ ἀσκελὲσ αἰεὶ
Κύκλωποσ κεχόλωται, ὃν ὀφθαλμοῖ' ἀλάωσε,
ἀντίθεον Πολύφημον, ὅο κράτοσ ἐστὶ μέγιστον 70ᵇ cf. *Β* 118 ε 4

---

56. *λόγοισι*] *ϝέπεσσι* vHerwerden; cf. *Ο* 393. ‖ 65 sq. (—67?). Quibusdam suspecti. ‖ 68. *αἰεὶ* U] *αἰὲν* *Ω* (cf. *Α* 520). ‖ 70. *ὅο* P¹] *ὅου*. Cf. § 59. — *ἐστὶ*] *ἔσχε* T et schol. V (cf. *β* 20).

55—57. Imitatur Verg. Aen. I 670 sq.

56. αἱμυλίοισι] *callidis*. Adi. cum voce αἵμων Ε 49 cohaerens redit h. Merc. 317 Hes. Theog. 890 Oper. 78, 374 Soph. Ai. 389 Ar. Eq 687. Cf. αἱμυλόμητισ h. Merc. 13.

59. θανέμεν] § 126.

60. τ'(οι)] § 13.

62. ὠδύσαο] fortasse sonus nominis Ὀδυσῆοσ effecit h. l. et ε 340 ut hoc verbo poeta uteretur; cf. τ 407—409.

64. ἕρκοσ ὀδόντων] cf. Δ 350.

65. κεν] § 326.

— ἔπειτ'(α)] *post ista omnia* (post sacra plurima mihi lata et bellum Troianum feliciter ab eo gestum). Cf. Κ 243 (vs. par.) et Ι 437, 444.

66 sq. Cf. τ 365—367.

68. ἀσκελὲσ] cf. Τ 68.

69. ὀφθαλμοῖ'(ο)] § 59.

— ἀλάωσε] *occaecare aliquem* dicitur ἀλαῶσαί τινα (h. l. et ι 516) vel ἐξαλαῶσαί τινα (ι 453, 504 λ 103 ν 343), genitivus autem h. l. et ι 516 accedit propter notionem *privandi*.

70—72. De *Polyphemo*, *Thoosa*, *Phorcyne* cf. ν 96—104. Thoosae, nominis alibi non obvii, vera forma videtur esse Θάουσα, a stirpe verbi θῆσθαι ducta et cum nominibus θῆλυσ et Τηθύσ cohaerens, diectasi autem deformata (cf. ὁρόωσα et similia § 191). Quae si recte habet originatio, *almam* significavit (cf. Μαῖα), et *Terrae Matris* fuit priscum nomen vel potius cognomen. A *currendi* verbo θείειν (θευ-) duci non potuit, neque credibile est, quod fuit qui suspicaretur, decurtati nominis Ἀθόωσ (vel potius Ἄθοοσ) esse femininum.

πᾶσιν Κυκλώπεσσι· Θόωσα δέ μιν ’τέκε Νύμφη,
Φόρκυνοσ θυγάτηρ ἁλὸσ ἀτρυγέτοιο μέδοντοσ,
ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι Ποσειδάωνι μιγεῖσα.
ἐκ τοῦ δὴ Ὀδυσῆα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
οὔ τι κατακτείνει, πλάζει δ’ ἀπὸ πατρίδοσ αἴησ.
ἀλλ’ ἄγεθ’ ἥμεσ τοίδε περιφραζώμεθα πάντεσ
νόστον, ὅπωσ ἔλθῃσι. Ποσειδάων δὲ μεθήσει
ϝὸν χόλον· οὐ μὲν γάρ τι δυνήσεται ἀντία πάντων
ἀθανάτων ἀϝέκητι θεῶν ἐριδαινέμεν’ οἶοσ.“
τὸν δ’ ἠμείβετ’ ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπισ Ἀθήνη· 80 sq. = 44 sq.
„ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
εἰ μὲν δὴ νῦν τοῦτο φίλον μακάρεσσι θεοῖσι,
νοστῆσαι Ὀδυσῆα πολύφρονα ϝόνδε δόμονδε, 83 = ξ 424 υ 239 φ 204 cf. υ 329
Ἑρμείαν μὲν ἔπειτα διάκτορον Ἀργεϊφόντην
νῆσον ἐσ Ὠγυγίην ὀτρύνομεν, ὄφρα τάχιστα
Νύμφῃ ἐϋπλοκάμῳ ϝείπῃ νημερτέα βουλήν, 86 cf. ε 30
νόστον Ὀδυσσῆοσ ταλασίφρονοσ, ὥσ κε νέηται. 87 = ε 31
αὐτὰρ ἐγὼν Ἰθάκηνδε ἐλεύσομαι, ὄφρα ϝοι υἱὸν

71. Θόωσα] cf. comment. — Νυμφη] μήτηρ G et l. a. in schol. (cf. γ 95). ‖ 72. μέδοντοσ] -ντι Aristoph.? (cf. Nauck Aristoph. 52 Cobet Mnemos. 1879, 439 Ludwich Arist. I 509). ‖ 76. τοίδε] οἵδε Ω. ‖ 80. ἠμείβετ’ ἔπειτα] αὖτε προσέειπε U. ‖ 83. πολύφρονα] δαΐφρονα M. Cf. vs. parall. ‖ 85. Ὠγυγίην] -λίην Antimachus (cf. Hesiod. fr. 70 et Stephan. Byz. s. v.). — ὄφρα] ὄττι pap. Tebt. (cf. Ψ 71 et comment. ad Z 340). ‖ 88. Ἰθάκηνδε ἐλεύσομαι Ahrens] Ἰθάκην(δ’) ἐσελεύσομαι. Cf. Z 365.

73. σπέεσι] § 71.

76. ἧμεσ] § 92.

78 sq. ἀντία . . . ἀϝέκητι] eadem ubertas quae in πάλιν αὖτισ sim. (cf. X 203).

88 sqq. Fabulae Odyssea antiquiores, in quibus bellum Troianum per annos complures non protrahebatur (cf. nota crit. ad B 134 sq.) neque Ulixi erat filius adultus (cf. A 250–252), iter Telemachi ad patrem quaerendum habere non potuerunt; nedum prisco illo aevo eiusmodi narratio nasci potuerit, quo viro ad uxorem post longos errores reverso, qui primitus non heros sed deus fuit, cum bello Troiano nihil fuit commune. Cuius aevi in Odyssea non nisi rara vestigia servata sunt (cf. ε 467 sq.) casu et nostro poeta veluti invito, qui Ulixem post *bellum decennale* (γ 118 ε 107 ξ 240 sq. χ 228) et *errores* item *decennales* in patriam redire fecit, *vigesimo* igitur *anno* postquam illinc abiit (cf. π 206 ρ 327 τ 222 al.). Interim adultus est Telemachus, quem recens natum pater reliquerat cum in Troiam proficisceretur (cf. λ 448 sq.). Quapropter poeta et huic iuveni dedit quod ageret cum ante tum post patris reditum, et aliorum quoque heroum complurium post bellum finitum facinora et fata enarrandi occasionem

μᾶλλον ἐποτρύνω καί ϝοι μένοσ ἐν φρεσὶ θήω,
εἰσ ἀγορὴν καλέσαντα κάρη κομάοντασ Ἀχαιοὺσ
πᾶσι μνηστήρεσσ' ἀποϝειπέμεν', οἵ τέ ϝοι αἰεὶ · 91[b] sq. = δ 319 sq.

91. -ρεσσ' ἀποϝειπέμεν'(αι)] -ρεσσιν (-ρσιν G P[3]) ἀπειπέμεν Ω.

sibi admodum ingeniose paravit Telemachum Pylum et Spartam mittendo ad reges patris amicos. Exime autem Telemachum ex Odyssea: corruit carmen; neque est cur in posteriore sola carminis parte (π—ω) relinquendum censeamus, e priore vero pellendum, postmodo videlicet eius iter Odysseae fuisse insertum, primitus autem eum patrem reducem quidem adiuvisse in procis ulciscendis, non vero quaesivisse absentem. Nam subest quidem Odysseae fabula antiquior et simplicior, quae erat de heroë post longos errores ad uxorem redeunti et procos huic insidiatos necanti (cf. vs. 245—248), sed Odysseae poeta illam fabulam aliis fabulis admixtis pro suo arbitrio refinxit, auxit, ornavit. *Fabulas* dicimus sive carminum Odyssea antiquiorum *argumenta*: non dicimus prisca *carmina* quae a diasceuasta aliquo consuta Odysseam effecerint. Negamus autem extitisse aliquando carmen quod *Telemachi patrem quaerentis iter* complecteretur solum (α 88—δ 623 + ο). — Sed Odysseae poeta itinere Telemachi, quod ipse excogitasse videtur, carmini suo inserto temporum rationem non nihil turbavit. Nam initio libri ε reditur ad eum rerum statum qui fuit initio libri α, illic enim fit id quod nostro loco Minerva iubet fieri; non tamen τάχιστα (vs. 85) ad Calypso mittitur Mercurius, sed post aliquot dierum intervallum novamque de ea re in deorum consilio deliberationem. Non minus autem molestus est iuvenis per *mensem integrum* Spartae otiosus degens (cf. δ 599). Quae tamen molesta iis solis possunt videri qui carmen uno tenore deinceps perlegentes interim singulas eius partes secum identidem perpendunt et temporum rationem habent: olim vero ab audientibus animadverti talia vix et ne vix quidem potuerunt, et ipsum poetam ea non curavisse manifestum est; hic autem tum, cum Telemachum iter ineuntem cecinit, sumsit iuvenem *intra dies decem* illud iter peracturum (cf. β 374). — Poetam aliquam brevioris argumenti Odysseam mente concepisse prius, fortasse et cecinisse, dein vero Telemachi itinere addito carmen id auxisse et variis episodiis sensim exornasse, id suspicari est cuiusvis, probari vero ea res nequit, neque multum prodest quaerere qualis carminis quod legimus ambitus vel forma eo tempore esse potuerit quo ultimam manum poeta ei nondum admovisset. Non enim embryon carminis sed carmen adultum ille legavit posteris grato animo donum divinum admirantibus: embryon immaturum cuiusmodi fuerit, quae incrementa habuerit, quamdiu fuerit gestatum in poetae ingenio feraci, id neque possumus indagare, neque si possemus, ad ipsum carmen suo pretio aestimandum ea scientia quicquam prodesset, quoniam ad ingenii foetus non pertinent leges embryologiae.

89. θήω] § 122.

90. κάρη κομάοντασ] cf. B 11 et § 191.

μῆλ᾽ ἀδινὰ σφάζουσι καὶ εἰλίποδασ ϝέλικασ βοῦσ. — 92ᵇ = Ι 466
πέμψω δ᾽ εἰσ Σπάρτην τε καὶ εἰσ Πύλον ἠμαθόεντα — 93 sq. cf. β 359 sq. 93 sq.ᵃ cf. β 214 sq.
νόστον πευσόμενον πατρὸσ φίλου, αἴ κεν ἀκούσηι, — 94ᵇ cf. γ 83
95 ἠδ᾽ ἵνα μιν κλέοσ ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισιν ἔχηισι.“ — 95 = γ 78
96 ὣσ ϝειποῦσ᾽ ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα, — 96ᵇ = Ω 340
102 ᾽βῆ δὲ κατ᾽ Οὐλύμποιο καρήνων ἀΐξασα. — 102 = Β 167

Ἀθηνᾶσ παραίνεσισ πρὸσ Τηλέμαχον.

᾽στῆ δ᾽ Ἰθάκησ ἐνὶ δήμωι ἐπὶ προθύροισ᾽ Ὀδυσῆοσ
οὐδοῦ ἔπ᾽ αὐλείου, παλάμηι δ᾽ ἔχε χάλκεον ἔγχοσ, — 104ᵇ = β 10
105 ϝειδομένη ξείνωι, Ταφίων ἡγήτορι Μέντηι. — 105 cf. Ρ 73
ηὗρε δ᾽ ἄρα μνηστῆρασ ἀγήνορασ. οἳ μὲν ἔπειτα — 106ᵃ = β 299 106ᵇ cf. 144

97 ἀμβρόσια χρύσεια, τά μιν ᾽φέρον ἠμὲν ἐφ᾽ ὑγρὴν — 97 sq. = Ω 341 sq.
ἠδ᾽ ἐπ᾽ ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῆισ᾽ ἀνέμοιο·
εἵλετο δ᾽ ἄλκιμον ἔγχοσ, ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῶι, — 99 = Κ 135
100 βριθύ, μέγα, στιβαρόν, τῶι δάμνησι στίχασ ἀνδρῶν — 100 sq. = Ε 746 sq.
ἡρώων, τοῖσίν τε κοτέσσεται ὀβριμοπάτρη.

92. In pap. Tebt. accedit versus [μητρὸσ ἑῆσ μ]νηστῆρεσ [ὑπέρβιον ὕβριν ἔχοντεσ] (cf. δ 321). || 93. δ᾽ εἰσ] δὲ H[1] (δ᾽ ἐ G F P). Cf. β 214 al. — Σπάρτην] Κρήτην Zen. (cf. vs. 285 et β 214 et comment. ad γ 313). — In P aliis sequuntur versus: κεῖθεν δ᾽ ἐσ Κρήτην τε παρ᾽ Ἰδομενῆα ἄνακτα· | ὃ<σ> γὰρ δεύτατοσ ἦλθεν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων (cf. vs. 285 sq.). || 94. αἴ κεν § 326] ἤν (εἴ) που. Cf. Λ 797. || 95. ἔχηισι] λάβηισιν Rhianus, ἔληισιν P[1]. || 97—101 Ar. —— (cf. ε 47—49); vs. 97 sq. om. Mass., fortasse et ceteros.

94 sq. Quam *interserere* causam secum dea constituit, ut iuveni persuadeat, eam prius commemorat, *veram* autem causam – nam probe scit Telemachum de patre novi vix quicquam auditurum apud reges Peloponnesios – in fine enuntiati profert, ut solent Graeci (ἄλλωσ τε καὶ . . .). Puerum in virum dea vult effingere, qui mox patri in maximo vitae periculo versanti opitulari possit. Cf. ν 422.

97 sq. Aptius de *Mercurii* talaribus haec dicuntur Ω 341 sq. et ε 45 sq.

97. ἀμβρόσια] cf. Γ 385.

99—101. *Hasta ingens* hinc est aliena et propter vs. 121 etiam molesta. Brevius vero dicta eadem res ν 225 nihil habet quod vituperetur.

103 sq. ἐπὶ προθύροισ᾽ . . . | οὐδοῦ ἔπ᾽ αὐλείου] id quod alibi dicitur ἐπ᾽ αὐλείηισι θύρηισι (σ 239 ψ 49 h. Merc. 26); cf. Ο 124. Dicitur οὐδὸσ αὔλειοσ sive οὐδὸσ αὐλῆσ (η 130) *limen ostii* (supra solum non eminens), per quod a via publica ad aulam etiam curribus fiebat aditus (cf. Ω 323 al.). Per aulam dein ad ipsas aedes perveniebatur. Cf. π 165.

105. Ταφίων ἡγήτορι Μέντηι] cf. P 73. *Ithacensium* cum *Taphiis* insulae vicinae incolis commercium commemoratur etiam Ξ 452.

106 sq. Procos statim adspexit Minerva cum aulam intravit, *dein* (ἔπειτα)

πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων θυμὸν ἔτερπον
ἥμενοι ἐν ῥινοῖσι βοῶν, οὓσ ἔκτανον αὐτοί·
κήρυκεσ δ' αὐτοῖσι καὶ ὀτρηροὶ θεράποντεσ
οἳ μὲν ϝοῖνον ἔμισγον ἐνὶ κρητῆρσι καὶ ὕδωρ,
οἳ δ' αὖτε σπόγγοισι πολυτρήτοισι τραπέζασ
'νίζον καὶ πρότιθεν, τοὶ δὲ κρέα πόλλ' ἐδατεῦντο.
τὴν δὲ πολὺ πρῶτοσ 'ϝίδε Τηλέμαχοσ θεοϝειδήσ· 113 cf. ϱ 328
ἧστο γὰρ ἐν μνηστῆρσι φίλον τετιημένοσ ἦτορ,
ὀσσόμενοσ πατέρ' ἐσθλὸν ἐνὶ φρεσίν, εἴ ποθεν ἐλθὼν 115ᵇ sq. cf. υ 224 sq.
μνηστήρων τῶν μὲν σκέδασιν κατὰ δώματα θείη,
τιμὴν δ' αὐτὸσ ἔχοι καὶ κτήμασι ϝοῖσι ϝανάσσοι. 117 cf. 402
τὰ φρονέων μνηστῆρσι μεθήμενοσ εἴσϝιδ' Ἀθήνην·
'βῆ δ' ἰθὺσ προθύροιο, 'νεμεσσήθη δ' ἐνὶ θυμῷ
ξεῖνον δϝηθὰ θύρῃσιν ἐφεστάμεν'. ἐγγύθι δὲ στὰσ
χεῖρ' ἕλε δεξιτερὴν καὶ ἐδέξατο χάλκεον ἔγχοσ,
καί μιν φωνήσασ ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα·
„χαῖρε, ξεῖνε· παρ' ἄμμι φιλήσεαι, αὐτὰρ ἔπειτα 123 sq. cf. δ 60 sq.
δείπνου πασσάμενοσ μυθήσεαι οὗ τεό σε χρή."
ὣσ ϝειπὼν ἡγεῖθ', ἡ δ' ἕσπετο Παλλὰσ Ἀθήνη.
οἳ δ' ὅτε δή ῥ' ἔντοσθεν ἔσαν δόμου ὑψηλοῖο,
ἔγχοσ μέν ῥ' ἔστησε φέρων πρὸσ κίονα μακρὴν 127 = ϱ 29; 127ᵃ cf. Ο 126

---

109. *αὐτοῖσι*] sic Ar., *αὖ τοῖσι* Nicias U (cf. § 98). An **ἔντοσθε*? Cf. vs. 126 *ν* 100 al. ‖ 110. *μὲν* Y] *μὲν ἄρ'* Ω. — *ἔμισγον*] **ἔκιρναν*? cf. Γ 270. ‖ 112. *πρότιθεν, τοὶ δὲ* Ar. (cf. schol. *γ* 10) M[1]] *προτίθεντο ἰδὲ* Ω. Cf. Ω 409 et Α 433. Medio Aristophanes quidem comicus usus est in centone e versibus Homericis composito: *ἄριστον προτίθεντο καὶ ἄσσ' ἥδιστα πάσασθαι* (Pac. 1281), sed illic medii (*sibi* . . .) usus tam est aptus quam hic activi. ‖ 116. *μνηστήρων τῶν μὲν*] *τῶν μὲν μνηστήρων* aut (coll. *υ* 225) *ἀνδρῶν μνηστήρων* Cobet. ‖ 117. *κτήμασι(ν)* G F H[2] n] *δώμασιν* Ar. P H[1] M (ut vs. 397, 402). Cf. *δ* 93. ‖ 124. *οὗ τεο* § 102] *ὅττεο* (*ὅττευ* Rhianus) Ω, item *χ* 377 *ϱ* 121.

---

vidit eos ludo vacare. De quo particulae ἔπειτα usu cf. Σ 523. De πεσσῶν (†) ludo vetusto, qui etiam apud Herodotum I 94 et saepe apud recentiores (πεττεύειν, πεττεία) commemoratus invenitur, Apionis commenta inepta proferuntur Athen. 16 *b* — 17 *b*.

108. Cf. χ 362 sq.; pronomen αὐτοί indignantis est poetae: *ipsi*, quibus nullum erat ius ita bonis alienis abutendi.

112. ἐδατεῦντο] § 7 et 191.

115. ὀσσόμενοσ] cf. Α 105.

119. προθύροιο] cf. Ο 124.

123 sq. Cf. Ζ 173 sq.

123. ἄμμι] § 92.

124. οὗ τεό σε χρή] cf. Ι 75 sq.

127—129. Cf. Verg. Aen. XII 92 sq.; dicitur κίων una columnarum tectum prodomi fulcientium (cf. ρ 29 sq.). Cum voce δουροδόκη (†) cf. ἱστοδόκη Α 434. De locutione ἔστησε φέρων = ἤνεγκε στήσων cf. vs. 136 et Α 137 sq.

δουροδόκησ ἔντοσθεν ἐΰξόου, ἔνθα περ ἄλλα
ἔγχε' Ὀδυσσῆοσ ταλασίφρονοσ ἵστατο πολλά,
130 αὐτὴν δ' εἰσ θρόνον εἷσεν ἄγων, ὑπὸ λῖτα πετάσσασ,
καλὸν δαιδάλεον· ὑπὸ δὲ θρῆνυσ ποσὶν ἦεν. 131 cf. Σ 390
πὰρ δ' αὐτὸσ κλισμὸν 'θέτο ποικίλον ἔκτοθεν ἄλλων
μνηστήρων, μὴ ξεῖνοσ ἀνιηθεὶσ ὀρυμαγδῶι
δείπνωι ἀϝηδήσειεν, ὑπερφιάλοισι μετελθών,
135 ἠδ' ἵνα μιν περὶ πατρὸσ ἀποιχομένοι' ἐρέοιτο. 135 cf. γ 77 [sqq.
χέρνιβα δ' ἀμφίπολοσ προχόωι ἐπέχευε φέρουσα 136-142 = δ 52
καλῆι χρυσείηι ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητοσ, 136-140 = η 172 sqq. κ 368 sqq. ο
νίψασθαι· παρὰ δὲ ξεστὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν. 135 sqq. ρ 91 sqq.
139 σῖτον δ' αἰδοίη ταμίη παρέθηκε φέρουσα, 139 = ρ 259
141 δαιτρὸσ δὲ κρεάων πίνακασ παρέθηκεν ἀείρασ 141 cf. π 49
παντοίων, παρὰ δέ σφι 'τίθει χρύσεια κύπελλα.
κῆρυξ δ' αὐτοῖσιν θάμ' ἐπώιχετο ϝοινοχοεύων.
εἰσ δ' ἦλθον μνηστῆρεσ ἀγήνορεσ. οἳ μὲν ἔπειτα 144 cf. υ 160; 144ᵇ cf. 106
145 ἑξείησ ἕζοντο κατὰ κλισμούσ τε θρόνουσ τε· 145 = γ 389 ω 385 cf. ο 134
τοῖσι δὲ κήρυκεσ μὲν ὕδωρ ἐπὶ χεῖρασ ἔχευαν, 146 = γ 338 cf. I [174
147 σῖτον δὲ δμωιαὶ παρενήεον ἐν κανέοισι, 147 cf. π 51
149 οἳ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρασ ἴαλλον. 149 sq. = I 91 sq.
150 αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιοσ καὶ ἐδητύοσ ἐξ ἔρον εἷντο 150 = Α 469
μνηστῆρεσ, τοῖσιν μὲν ἐνὶ φρεσὶν ἄλλ' ἐμεμήλει,

---

140 εἴδατα πόλλ' ἐπιθεῖσα, χαριζομένη παρεόντων. 140 cf. η 166
148 κοῦροι δὲ κρητῆρασ ἐπεστέψαντο ποτοῖο. 148 = I 175 cf. Α 470

---

134. δείπνωι] -πνου Apoll. lex. — ἀ(ϝ)ηδήσειεν P[1] U[2] T[1]] ἀδήσειεν Ω; quae si sincera esset lectio, scribendum esset δείπνοι' ἀδήσειεν (cf. § 14 et 59) et verbum ad stirpem σαδ (ἅδην, ἅδοσ, ἀδηκώσ) esset referendum. || 135. ἀποιχομένοι' (-νου) ἐρέοιτο Bentley] -νοιο ἔροιτο. Similia vitia sunt α 405 γ 77; cf. ζ 298 et § 264. || 139. Om. G[1]. || 140 (aut 139 sq.) Ar. —; versus hinc alienus suo loco legitur in δ, ubi post cenae initium Menelaum visunt Telemachus et Pisistratus (cf. Athen. 193 b et Ariston. ad δ 54). Idem versus in partem codicum irrepsit ο 139, praeterea cf. κ 372. || 146. ἔχευαν] -ον G (cf. Γ 270). || 147. παρενήεον] -νήνεον Ω; cf. Η 428. || 148. Om. G, ante vs. 147 habet F, in H M autem post vs. 148 etiam additur: νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν (= Α 471 al.). Cf. vs. 110.

---

130 et 132. θρόνον et κλισμὸν] cf. Λ 628.

131. ὑπὸ δὲ θρῆνυσ ποσὶν ἦεν] cf. Ξ 240.

135. ἀποιχομένοι'(ο)] § 59.

136. ἐπέχευε φέρουσα] participii praesentis h. l. et par. usus est is de quo cf. Α 137 sq.

138. ἐτάνυσσε] cf. ο 283.

141. κρεάων] § 72.

μολπή τ' ὀρχηστύσ τε· τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτόσ. 152 cf. φ 430
κήρυξ δ' ἐν χερσὶν κίθαριν περικαλλέ' ἔθηκε
Φημίωι, ὅσ ῥ' ἤειδε παρὰ μνηστῆρσιν ἀνάγκηι. 154 cf. χ 331
ἦ τοι ὃ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν· 155 cf. ϑ 266
αὐτὰρ Τηλέμαχοσ προσέφη γλαυκῶπιδ' Ἀθήνην, 156 cf. β 399
ἄγχι σχὼν κεφαλήν, ἵνα μὴ πευθοίαθ' οἱ ἄλλοι· 157 = δ 70 ρ 592
„ξεῖνε φίλ', ἦ καί μοι νεμεσήσεαι, ὅττι κε ϝείπω; 158 cf. Ε 421 α 389
τούτοισιν μὲν ταῦτα μέλει, κίθαρισ καὶ ἀοιδή, 159 cf. h. Ap. 188
ῥεῖ', ἐπεὶ ἀλλότριον βίοτον νήποινον ἔδουσι 160 cf. σ 280
ἀνέροσ, οὗ δή που λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρωι 161ᵇ cf. Ψ 328
κείμεν' ἐπ' ἠπείροι', ἤ' εἰν ἁλὶ κῦμα κυλίνδει.
εἰ κεῖνόν γ' Ἰθάκηνδε ϝιδοίατο νοστήσαντα, 163ᵇ = λ 361
πάντεσ κ' ἀρησαίατ' ἐλαφρότεροι πόδασ εἶναι
ἢ ἀφνειότεροι χρυσοῖό τε ϝεσθῆτόσ τε.
νῦν δ' ὃ μὲν ὧσ ἀπόλωλε κακὸν μόρον, οὐδέ τισ ἥμιν 166 cf. Φ 133
θαλπωρή, εἴ πέρ τισ ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
φησί ϝ' ἐλεύσεσθαι· τοῦ δ' ὤλετο νόστιμον ἦμαρ.

154. ῥ' ἤειδε — ἀνάγκηι] δὴ πολλὸν ἐκαίνυτο πάντασ ἀείδων [Herod.] vit. Hom. 26. || 156. γλαυκώπιδ'(α) § 66] -πιν. || 158. ἦ P^2 F (ἤ)] εἰ. || 167. θαλπωρή] ἐλπωρή F^2 W. || 168. φησί] φῆισιν Herodian. (cf. § 122), φήσει D. — *ϝ'(ε)] addidimus.

152. μολπή] cf. Α 472.

— ἀναθήματα δαιτόσ] *cenae ornamenta*. Vox ἀνάθημα non nisi φ 430 (vs. par.) redit. Idem valent locutiones δαιτὶ συνήοροσ et δαιτὸσ ἑταίρη sive *cenae socia* θ 99 et ρ 271; cf. etiam h. Merc. 478.

153. Praeco quemadmodum in concionibus *sceptrum* praebendo iis qui ad dicendum assurgunt dat veniam verba faciendi (cf. Α 234—239), sic nunc citharam praebet cantori; item θ 256 sq.

155. ἀνεβάλλετο] *cithara proludere coepit*. Infinitivus finalis sequitur etiam θ 266 ρ 262. Est ἀναβολή τὸ πρόκρουμα τῆσ κιθάρασ (Pind. Pyth. I 7, Eupol. fr. apud Phot. s. v. ἀναβολή, Ar. Pac. 830 Av. 1385). Cf. Τ 314.

156. γλαυκώπιδ'(α)] § 66.

162. ἠπείροι'(ο)] § 59.

— εἰν] sic indicatur ἐν positione (non licentia metrica, ut § 21) productum; est enim εἰναλί ex ἐνσαλί natum, item η 244 ι 25. Cf. § 44 et 315.

164 sq. *Aut celeriores quam sunt* (ut effugere) *aut ditiores* (ut redimere se possint). *Celeriores quam ditiores* vel: *potius celeres quam divites* interpretatur schol., cuiusmodi structura aliunde quidem nota est (cf. e. g. Thuc. I 21 § 1), apud H. vero alibi non extat.

167 sq. εἴ πέρ τισ . . . φησί] non suspicantis sed commoto animo rem negantis sunt haec: *quicquid aiunt homines*. Conferri potest indicativus cum indignatione *interrogantium*, e. g. in verbis: ἄνδρε δύο γυναῖκα φεύγομεν μίαν; Ar. Plut. 441. Sic nostro loco dici poterat: φησίν τισ . . . ἐλεύσεσθαι;

ἀλλ' ἄγε μοι τόδε ϝειπὲ καὶ ἀτρεκέωσ κατάλεξον,
τίσ πόθεν ἔσσ' ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλισ ἠδὲ τοκῆεσ,
ὁπποίησ τ' ἐπὶ νηὸσ ἀφίκεο. πῶσ δέ σε ναῦται
ἤγαγον εἰσ Ἰθάκην; τίνεσ ἔμμεναι ηὐχετάοντο;
οὐ μὲν γάρ τί σε πεζὸν ὀΐομαι ἐνθάδ' ἱκέσθαι.
καί μοι τοῦτ' ἀγόρευσον ἐτήτυμον, ὄφρ' εὖ ϝείδω,
ἠὲ νέον μεθέπεισ ἦ καὶ πατρώϊόσ ἐσσι
ξεῖνοσ· ἐπεὶ πολλοὶ ἴσαν ἀνέρεσ ἡμέτερον δῶ
ἄλλοι, ἐπεὶ καὶ κεῖνοσ ἐπίστροφοσ ἦν ἀνθρώπων."
τὸν δ' αὖτε προσέϝειπε θεὰ γλαυκῶπισ Ἀθήνη·
„τοιγὰρ ἐγώ τοι ταῦτα μάλ' ἀτρεκέωσ ἀγορεύσω.
Μέντησ Ἀγχιάλοιο δαΐφρονοσ εὔχομαι εἶναι
υἱόσ, ἀτὰρ Ταφίοισι φιληρέτμοισι ϝανάσσω.
νῦν δ' ὧδε ξὺν νηΐ κατήλυθον ἠδ' ἑτάροισι
πλέων ἐπὶ ϝοίνοπα πόντον ἐπ' ἀλλοθρόουσ ἀνθρώπουσ
εἰσ Τεμέσην μετὰ χαλκόν, ἄγω δ' αἴθωνα σίδηρον.
νηῦσ δέ μοι ἧδ' ἕστηκεν ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόληοσ

169 = K 384 [sqq.
170-173 = ξ 187
170 = κ 325 ο 264 τ 105 ω 298
170ᵃ = Φ 150
171ᵇ cf. π 57
172 sq. = π 223 sq.
172 = π 58
173 cf. π 59
174 = δ 645 ν 232 ξ 186 al.
179 = ξ 192 cf. K 413 α 214
180 sq. cf. 418 sq.
182 cf. h. Ap. 471
183ᵃ = H 88ᵇ
185 = ω 308
185ᵇ = π 383 ω 212

171—173. Ar. —— et olim quidam libri om. || 171. τ'(ε) Ar.] δ' Ω (cf. ξ 188). An *ποίησ δεῦρ' ἐπὶ κτλ.? || 175. μεθέπεισ] -πῃσ F (cf. § 117), μ' ἐφέπεισ Bentley. || 176. ἴσαν] (ϝ)ίσαν norant interpretantur schol. M et Eust. (similis controversia est Soph. Ant. 71). || 177. καὶ κεῖνοσ] sic Ar., κἀκεῖνοσ G M (cf. § 9). || 183. πλέων] vitiosum (cf. § 8); πλείων vel πλώων HStephanus omissa praepositione ἐπί, sed huiusmodi structurae desiderantur exempla. || 184. Τεμέσην] Τάμασιν quidam apud Steph. Byz. s. v. Τάμασοσ; cf. Strab. 255 Pausan. VI 6 § 8 et comment. || 185 sq. Aristoph Ar. —— et olim libri quidam om.

---

170. ἔσσ' (ἐσσί)] § 302.

172. ηὐχετάοντο] § 191.

173. *Non enim pedibus mare transgressum te arbitror.* Verba urbane iocantis; cf. O 505 et τ 163.

177. ἐπίστροφοσ] *appetens, amans*, φιλόξενοσ. Adi. †, sed cf. l. a. θ 163 et Ἐπίστροφοσ nomen proprium B 517 al., ἐπιστροφάειν ρ 486 h. Merc. 44. Oppositum est adiectivum ἀπότροποσ *aversus, ab hominum commercio remotus*, ξ 372.

182. ὧδε] *talis qualem me vides*, ὡσ ἔχω sive *nulla mora interposita*. Cf. Σ 392.

184. *Aes* quoniam e *Cypro* potissimum petebatur, multi in illa insula quaesiverunt urbem *Temesen*, cuius nunc fit mentio; et revera postea fuit illic urbs *Tamasus* vel *-sis* nomine. Remotior tamen pro nostri loci ratione est Cyprus insula; quapropter potior videtur opinio eorum, qui Menten „*Italiam peto*" dicere arbitrantur. Illic enim urbs *Temesa* sive *Tempsa* in agri Bruttii ora occidentali sita erat, ad quam per fretum Siculum iter haud longinquum fuit e Graecia venientibus. Non deerant autem in illa regione aeris fodinae.

185. ἧδ'(ε)] *hic, in ipsa insula*. Cf. Γ 391.

ἐν λιμένι ῾Ρείθρωι ὑπὸ Νηΐωι ὑλήεντι.
ξεῖνοι δ' ἀλλήλων πατρώϊοι εὐχόμεθ' εἶναι 187 cf. Z 231
ἐξ ἀρχῆσ, εἴ πέρ τε γέροντ' εἴρηαι ἐπελθὼν
Λαέρτην ἥρωα, τὸν οὐκέτι φασὶ πόλινδε
ἔρχεσθ', ἀλλ' ἀπάνευθεν ἐπ' ἀγροῦ πήματα πάσχειν
γρηῒ σὺν ἀμφιπόλωι, ἥ ϝοι βρῶσίν τε πόσιν τε
παρτιθεῖ, εὖτέ κέ μιν κάματοσ κατὰ γυῖα λάβηισι
ἑρπύζοντ' ἀνὰ γουνὸν ἀλωιῆσ ϝοινοπέδοιο. 193 cf. λ 193 h. Merc. 207
νῦν δ' ἦλθον· δὴ γάρ μιν ἔφαντ' ἐπιδήμιον εἶναι,

188. τε] sic et τι Ar. || 190. πήματα] ἄλγεα l. a. in l. — πάσχειν] πέσσειν Bentley. || 194. ἔφαντ'(ο)] ἔφην quidam olim (in schol. redditur verbo ᾤμην)? Cf. ι 496 ξ 176.

186. ῾Ρείθρου portus alibi non fit mentio, Νηΐου montis etiam γ 81; pro quo Νήριτον commemoratur (Β 632?) ι 22 ν 351 (cf. etiam ρ 207).

187. εὐχόμεθ'(α)] *ego et Ulixes.*

188—193. *Laërten* regem senem, Ulixis patrem, easdem aedes cum filio et huius uxore more solito habitantem (cf. Β 701), non admittebat fabula quae fuit de muliere marito absente a procis oppressa. Et ne in antiquioribus quidem quam est Odyssea carminibus partes aliquas eum egisse testantur Odysseae versus complures, quibus de Ulixe ut de Ithacae *rege*, non ut de *regis filio*, fit sermo (cf. β 26 sq., 226 sq. al.), unde nemo non efficiat — nisi alia aliunde edoctus — Laërten pridem fuisse mortuum (cf. etiam δ 175 vel η 225). Ne in lepida quidem narratiuncula, quae est de dolo Penelopae, primitus commemoratum fuisse Laërten (ut fit β 99—102 τ 144—147), sed aliam qualemcunque telam eam texuisse ut procis moram pararet, veri haud dissimile est. Et tunc quidem cum *Lunae* haec fuit tela, lucidum discum identidem retexentis dum Solem maritum opperitur, — si vera, ut probabilis, haec est interpretum coniectura, de qua cf. τ 138—150, — soceri alicuius in hac fabula mentio nulla potuit fieri. Sed erant alia quae suaderent ut Laërtae in carmine, quod erat de Ulixe in Troadem profecto, similes — et tamen dissimiles — tribuerentur partes atque fuerunt *Pelei* Achillem frustra opperientis. Haec argumenta inter se contraria ut conciliaret poeta Odysseae, sumsit Laërten inter vivos quidem etiam fuisse, sed annis et aerumnis fractum (cf. λ 187—203), alterum Bellerophonten (cf. Z 201 sq.), in ruris latebris degisse abditum, nurus nepotisve nullam rationem habentem neque opem qualemcunque iis ferre conatum. Sic poeta paravit sibi occasionem, quam appetebat, patrem cum filio confabulantem et pristinas vires recuperantem in carminis fine exhibendi. Cf. λ 196.

188. Decurtatum est enuntiatum, ut fieri solet in sermone familiari; nam hoc est quod ait Mentes: *iure hospitii patri tuo iunctus sum,* <*ut comperies*> *si avum tuum interrogaveris.* Cf. Z 128 sq.

191. Quae Laërtae curam habebat, anus erat *Sicula*; cf. υ 383.

192. εὖτέ κε] § 326.

194—205. Falsa, sed veris mixta

σὸν πατέρ᾽· ἀλλά νυ τόν γε θεοὶ βλάπτουσι κελεύθου.
οὐ γάρ πω τέθνηκεν ἐπὶ χθονὶ δῖοσ Ὀδυσσεύσ, 196 cf. λ 461
ἀλλ᾽ ἔτι που ζωιὸσ κατερύκεται εὐρέϊ πόντωι 197 cf. δ 498, 552
νήσωι ἐν ἀμφιρύτηι, χαλεποὶ δέ μιν ἄνδρεσ ἔχουσι 198ᵃ = 50
ἄγριοι, οἵ ποθι κεῖνον ἐρυκανάουσ᾽ ἀϝέκοντα.
αὐτὰρ νῦν τοι ἐγὼ μαντεύσομαι, ὡσ ἐνὶ θυμῶι 200ᵇ sq. = ο 172 sq.
ἀθάνατοι βάλλουσι καὶ ὡσ τελέεσθαι ὀΐω,
οὔτε τι μάντισ ἐὼν οὔτ᾽ οἰωνῶν σάφα ϝειδώσ
οὔ τοι ἔτι δϝηρόν γε φίλησ ἀπὸ πατρίδοσ αἴησ
ἔσσεται, οὐδ᾽ εἴ πέρ ϝε σιδήρεα δέσματ᾽ ἔχηισι·
φράσσεται ὥσ κε νέηται, ἐπεὶ πολυμήχανόσ ἐστι.
ἀλλ᾽ ἄγε μοι τόδε ϝειπὲ καὶ ἀτρεκέωσ κατάλεξον, 206 = Κ 384
εἰ σὺ δὴ ἐξ αὐτοῖο τόσοσ πάϊσ ἔσσ᾽ Ὀδυσῆοσ.

---

196. πω] που K (cf. λ 461). || 204. οὐδ᾽(ἐ)] ἀλλ᾽ l. a. apud Did. — ϝε Cobet] τε. || 206. κατάλεξον] ἀγόρευσον G (cf. vs. 179, 214). || 207. *σὺ] adiecimus metri causa (cf. Α 61 Ω 57 ι 456 et § 14). — τόσοσ πάϊσ] πάϊσ τόσοσ M K.

---

et veris similia, dicit dea, ut ipse Ulixes τ 203 et saepius. Nam verum quidem est id quod Mentes ait, Ulixem vi alicubi retineri vivum, iuvenem sic incitans ut iter suscipiat ad patrem quaerendum et liberandum, falsum vero quod addit de hominibus malignis eum coërcentibus. Probe autem scit dea Ulixem latitare in insula procul ab hominum commercio remota, a Telemacho igitur aliisve mortalibus non posse reperiri, sed hoc iuveni dicere nequit. Non enim ut *patri*, sed ut *filio* prodesset et virum hunc faceret e puero timidiore sibique diffidenti, ad hoc iter suscipiendum eum permovit (cf. vs. 94 sq.).

195. κελεύθου] gen. ut φ 154.

197—199. Poetae consilium ipsamve vim verborum parum agnovit qui in scholiis ad *insulam Cyclopum* haec verba rettulit, et perridicule Ulixes ibi dicitur „ἁρπάσασ τὴν θυγατέρα τοῦ Κύκλωποσ" a Polyphemo in captivitatem redactus esse; quae non priscorum carminum aliquam memoriam servant, sed nugas has, quae leguntur etiam in schol. α 69 et apud Ioannem Ant. (VI[1] p. C. scriptorem) Fr. Hist. Gr. IV 551 M., peperit vox κόρη sive *oculi pupula* male intellecta (cf. Eust. 1392, 39). Eiusdem notae est ῥινῶν Τ 39 a quibusdam olim de *cute* intellectum et ἰδῶν (= *oculorum!*) pro ἰδών scriptum Β 269, nec non similia sunt quae e Xen. Rep. Lac. 3 § 5 effecit rhetor de Subl. 4 § 4 (derisus a Cobeto N. L. 611); cf. etiam Timaei dictum frigide acutulum ibid. § 5 allatum: *„quis id faciat nisi qui* πόρνασ, μὴ κόρασ *in oculis habeat"*.

198. νήσωι ἐν ἀμφιρύτηι] omnes sane insulae sunt ἀμφίρυτοι, sed singulari cum vi nunc sic vocatur Ogygia, *lato mari undique circumdata.* Similis est adiectivorum ποιητοῦ, τυκτοῦ, aliorum usus (cf. vs. 50 et Κ 353).

199. ποθι] § 322.

— ἐρυκανάουσ᾽(ι)] § 191.

207. ἔσσ᾽ (ἐσσί)] § 302.

αἰνῶσ μὴν κεφαλήν τε καὶ ὄμματα καλὰ ϝέϝοικασ
κείνωι· ἐπεὶ θαμὰ τοῖον ἐμισγόμεθ' ἀλλήλοισι,
πρίν γε τὸν εἰσ Τροίην ἀναβήμεναι, ἔνθα περ ἄλλοι
Ἀργεΐων οἳ ἄριστοι ἔβαν κοίλησ' ἐνὶ νηυσί.
ἐκ τοῦ δ' οὔτ' Ὀδυσῆα ἐγὼ 'ϝίδον οὔτ' ἐμὲ κεῖνοσ."
τὴν δ' αὖ Τηλέμαχοσ πεπνυμένοσ ἀντίον ηὔδα·
„τοιγὰρ ἐγώ τοι, ξεῖνε, μάλ' ἀτρεκέωσ ἀγορεύσω. 214 = δ 383, 399 ο 266, 352 π 113 cf. α 179
μήτηρ μέν τέ με φησὶ τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἐγώ γε
οὐ ϝοῖδ'· οὐ γάρ πώ τισ ἑϝὸν γόνον αὐτὸσ ἀνέγνω.
ὡσ δὴ ἐγώ γ' ὄφελον μάκαρόσ νύ τε' ἔμμεναι υἱὸσ 217^{a} = ε 308
ἀνέροσ, ὃν κτεάτεσσιν ἑϝοῖσ' ἔπι γῆρασ ἔτετμε.
νῦν δ', ὃσ ἀποτμότατοσ 'γένετο θνητῶν ἀνθρώπων,
τοῦ μ' ἐκ φασὶ γενέσθαι, — ἐπεὶ σύ με τοῦτ' ἐρεείνεισ." 220^{a} cf. Z 206^{b} σ 128^{a}
τὸν δ' αὖτε προσέϝειπε θεὰ γλαυκῶπισ Ἀθήνη·
„οὐ μέν τοι γενεήν γε θεοὶ νώνυμνον ὀπίσσω
'θῆκαν, ἐπεὶ σέ γε τοῖον ἐγείνατο Πηνελόπεια.
ἀλλ' ἄγε μοι τόδε ϝειπὲ καὶ ἀτρεκέωσ κατάλεξυν· 224 = K 384
τίσ δὴ δαίσ, τίσ ὅμιλοσ ὅδ' ἔπλετο; τίπτε δέ σε χρεώ;
εἰλαπίνη ἠὲ γάμοσ; ἐπεὶ οὐκ ἔρανοσ τάδε γ' ἐστί.
ὥσ τέ μοι ὑβρίζοντεσ ὑπερφιάλωσ δοκέουσι
δαίνυσθαι κατὰ δῶμα· νεμεσσήσαιτό κεν ἀνὴρ
αἴσχεα πόλλ' ὁράων, ὅσ τισ πινυτόσ γε μετέλθοι."

---

208. μήν § 18] μὲν Aristoph. Ar., γὰρ Ω. ‖ 211. ἐνὶ G F P²] ἐπὶ P¹. Cf. A 55. ‖ 214. ἀγορεύσω] καταλέξω P H (cf. vs. 206) ‖ 215. φησὶ] φασὶ G (cf. vs. 220). ‖ 220. φασὶ] φησὶ Naber (ut vs. 215). ‖ 222. τοι] τῶι vHerwerden. ‖ 225. δὴ δαίσ, τίσ Nauck] δαίσ, τίσ δαὶ Ar. G¹ Apoll. Synt. 78, 2 Ammon. 39, δαίσ, τίσ δὲ Ω, δαίσ, τίσ δέ θ' Bentley. De particula δαί cf. K 408. — χρεώ] χρή? Cf. § κ. ‖ 226. εἰλαπίνη] εἰλαπίνησ F², εἰλαπίν' G¹ S U² (*crasin* sic indicantes, cf. e. g. Σ 458), εἰλάπιν' α) Knight, quod verum videtur propter numeros, cf. § 8. Nominativus non redit, accusativus Ψ 201. — τάδε] τοδε G P².

---

209. θαμὰ τοῖον] cf. Ψ 246.

217. τε'(ο)] § 99.

225. *Quaenam hae sunt epulae, qua turba est conviventium?* — Non enim simplicem et solitam hanc esse cenam, sed lautas epulas haberi, ad quas multi aliunde convenissent, id fugere nullum potuit.

— τίπτε δέ σε χρεώ] cf. I 75 sq.

226. ἐπεὶ οὐκ ἔρανοσ τάδε γ' ἐστί] = οὐ γάρ, οἶμαι, ἐρανιστὰσ ἑστιᾶισ, *nam id quidem manifestum est, non de suo hos epulari.* Cf. δ 621—624 λ 415 et Hes. Oper. 722 sq: πολυξείνου δαιτὸσ … | ἐκ κοίνου πλείστη … χάρισ, δαπάνη τ' ὀλιγίστη. Cuiusmodi epulae ἀπὸ συμβολῶν sive *sumtu communi* habitae etiam postea inter Graecos frequentes fuerunt (cf. Ar. Ach. 1211).

229. ὁράων] § 191.

τὴν δ' αὖ Τηλέμαχοσ πεπνυμένοσ ἀντίον ηὔδα·
„ξεῖν', ἐπεὶ ἂρ δὴ ταῦτά μ' ἀνείρεαι ἠδὲ μεταλλᾷσ·
'μέλλεν μέν ποτε ϝοῖκοσ ὅδ' ἀφνειὸσ καὶ ἀμύμων
ἔμμεναι, ὄφρ' ἔτι κεῖνοσ ἀνὴρ ἐπιδήμιοσ ἦεν.
νῦν δ' ἑτέρωσ 'βούλοντο θεοὶ κακὰ μητιάοντεσ,
οἳ κεῖνον μὲν ἄϝιστον ἐποίησαν περὶ πάντων
ἀνθρώπων· ἐπεὶ οὔ κε θανόντι περ ὧδ' ἀκαχοίμην,
εἰ μετὰ ϝοῖσ' ἑτάροισ' ἐδάμη Τρώων ἐνὶ δήμωι
ἠὲ φίλων ἐν χερσίν, ἐπεὶ πόλεμον 'τολύπευσε.
τῶι κέν ϝοι τύμβον μὲν ἐποίησαν Παναχαιοί,
ἠδέ κε καὶ ϝῶι παιδὶ μέγα κλέοσ ἤρετ' ὀπίσσω·
νῦν δέ μιν ἀκλεέωσ ἅρπυιαι ἀνηρέψαντο.
οἴχετ' ἄϝιστοσ ἄπυστοσ, ἐμοὶ δ' ὀδύνασ τε γόουσ τε
κάλλιπεν. οὐδ' ἔτι κεῖνον ὀδυρόμενοσ στοναχίζω
οἶον, ἐπεί νύ μοι ἄλλα θεοὶ κακὰ κήδε' ἔτευξαν.
ὅσσοι γὰρ νήσοισιν ἔπι κρατέουσιν ἄριστοι,

231 = ο 390
238-241 = ξ 368 [sqq.
238 = δ 490
238^b cf. ω 95
239 sq. cf. ω 32 sq.
241^b = υ 77
245-251 = π 122 [sqq.
245 sq = τ 130 sq.
245 cf. Κ 214
245^a cf. φ 347

232. 'μέλλεν] μέλλει T. ‖ 234. 'βούλοντο] ἐβόλοντο Ar. F¹ H¹ T ² (cf. Δ 319), ἐβάλοντο quidam apud Did. ‖ 241. ἀνηρέψαντο] cf. Υ 234. Expectatur ἀνηρέψαντ' ἀρέπυιαι, item 371 υ 77; cf. δ 727 et § 3. Quam tamen lectionem numeri non admittunt nisi plura mutentur.

232 sq. De re cf. ξ 96—104, de structura verborum 'μέλλεν . . . ἔμμεναι = credibile erat σ 138

234. *Dis aliter visum* Verg. Aen. II 428. Cf. Σ 88.

— μητιάοντεσ] § 191.

236—242. Verbis οὔ κε . . . ἀκαχοίμην Telemachus enuntiatum ita instituit ut si additurus esset εἰ τέθαπται: *patrem si rite sepultum sciam, non immodice lugeam* (cf. e. g. Ζ 129); nam non ad *irrealem* modum qui dicitur referendi sunt indicativi ἐδάμη et ἐπεὶ 'τολύπευσε, sed sunt rem simpliciter *ponentis* = *si inter belli socios obiit, sive in ipsa Troade sive in reditu post urbem captam*. Sed quoniam Telemacho persuasissimum est alia omnia accidisse, sic pergit: *quodsi ita obiisset, honorifice esset sepultus; at procellis abreptus nusquam exinde comparuit.*

238. ἐπεὶ πόλεμον 'τολύπευσε] cf. Σ 367.

240. ἤρετ'(ο)] § 284.

241. ἀκλεέωσ] § 73.

— ἅρπυιαι] cf. Π 150 sq.

245—248. Fabulae forma antiquior ea fuit ut soli *Ithacenses* principes *duodecim* peterent Penelopes manum, ὅσσοι κραναὴν Ἰθάκην κάτα ἐκοιράνεον (cf. β 51, 241 π 251); cui conveniunt quae de *Scheriae* principibus narrantur (cf. θ 390 sq.). Et olim, cum rex Ulixes domi esset, duodecim hi proceres cum ipso in regia saepe cenarunt, ut etiam Scheriae ferebat mos (cf. η 136 sq. θ 39 sq.). Quod autem eo absente in aedes regias venerunt non vocati, et veluti dominos ibi se

Δουλιχίωι τε Σάμηι τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθωι, 246 cf. ι 24 h. Ap. 429
ἠδ' ὅσσοι κραναὴν Ἰθάκην κάτα κοιρανέουσι, 247 sq. cf. τ 132 sq.
τόσσοι μητέρ' ἐμὴν μνῶνται, τρύχουσι δὲ ϝοῖκον. 247 cf. ο 510 φ 346
ἣ δ' οὔτ' ἀρνέεται στυγερὸν γάμον οὔτε τελευτὴν 249 cf. ω 126
ποιῆσαι δύναται, τοὶ δὲ φθινύθουσιν ἔδοντεσ
ϝοῖκον ἐμόν· τάχα δή με διαρραίσουσι καὶ αὐτόν." 251 cf. Ω 355
τὸν δ' ἐπαλαστήσασα προσηύδα Παλλὰσ Ἀθήνη·
„ὢ πόποι, ἦ δὴ πολλὸν ἀποιχομένοι' Ὀδυσῆοσ
δεύε', ὅ κε μνηστῆρσιν ἀναιδέσι χεῖρασ ἐφείη. 254 cf. ν 376
εἰ γὰρ νῦν ἐλθὼν δόμου ἐν πρώτηισι θύρηισι
σταίη, ἔχων πήληκα καὶ ἀσπίδα καὶ δύο δοῦρε,
τοῖοσ ἐὼν οἷόν μιν ἐγὼ τὰ πρῶτ' ἐνόησα
ϝοίκωι ἐν ἡμετέρωι πίνοντά τε τερπόμενόν τε,
ἐξ Ἐφύρησ ἀνιόντα παρ' Ἴλου Μερμερίδαο!

246. Σάμηι] -ωι U² Apollodorus apud Strab. 453 (ut *B* 634 δ 671, 845 ο 29). ‖ 254. ἐφείη] ἐφείηι (ἐφήηι) Hermann (coll. *Δ* 191). ‖ 259. Ἴλου] Ἴρου olim quidam.

gesserunt, id improbae fuit impudentiae et gravi poena dignum scelus. Hi igitur adolescentes *Ithacenses duodecim* cupiverunt Ulixis loco *regnare*, in eius aedibus *habitare* (β 335 sq. π 385 sq.), in eius toro *cubare* (δ 333 sq. ρ 124 sq.; cf. α 366 σ 213), interim quotidie in suas ipsorum aedes cubitum abeuntes (α 424 al.) et cum *duodecim ancillis* rem habentes (χ 424). Prisci aevi vestigium servat etiam Odysseae locus is ubi Melanthius *duodenos clipeos hastas galeas* procis petiisse fertur (χ 144 sq.). Ad adversarios autem duodecim trucidandos Ulixi neque filii aliorumve auxilio neque hasta vel clipeo opus fuit, plane enim sufficiebant quas in pharetra habebat sagittae (cf. χ 101—104). Sed Odysseae poeta etiam ex insulis vicinis plurimos procos convenisse sumsit, cunctorum numerum *octo et centum* sive *novies duodecim* constituens; alterum igitur numerum sollemnem IX, qui Iliadi, altero XII, qui Odysseae magis fuit proprius, multiplicavit. Cf. Π 785 nec non π 245 – 251 et numerus idem (IX × XII) ι 159 sq.

246. Δουλιχίωι] § 21.

— Σάμηι] cf. B 634.

— ὑλήεντι Ζακύνθωι] § 28 et 53.

249. ἀρνέεται] § 191. — Praefracte negare noluit Penelope, verita ne vi aperta proci uterentur. Hanc ob causam πάντασ ἔϝελπε, novas tamen semper moras nectens.

252. ἐπαλαστήσασα] cf. M 163.

— προσηύδα] § 195.

253. ἀποιχομένοι'(ο)] § 59.

254. δεύε'(αι)] § 117.

256. *Stet bene armatus.* — *Gladii* mentio ideo non fit, quia hoc telo omnes semper erant muniti (cf. e. g. φ 119 vel χ 74); item β 10 alibi. *Loricas* vero poeta Odysseae heroibus nullis tribuit, Iliadis poeta quibusdam (cf. E 99 sq. Λ 19 – 28 al.)

259. ἐξ Ἐφύρησ] erat haec urbs *Thesprotiae*, regionis vicinae; cf. B 659 et Ο 531.

ὤιχετο γὰρ καὶ κεῖσε θοῆσ ἐπὶ νηὸσ Ὀδυσσεὺσ
φάρμακον ἀνδροφόνον διζήμενοσ, ὄφρα ϝοι εἴη
ἰοὺσ χρίεσθαι χαλκήρεασ· ἀλλ' ὃ μὲν οὔ ϝοι
'δῶκεν, ἐπεί ῥα θεοὺσ 'νεμεσίζετο αἰὲν ἐόντασ.
ἀλλὰ πατήρ ϝοι ἔδωκεν ἐμόσ· 'φιλέεσκε γὰρ αἰνῶσ.
τοῖοσ ἐὼν μνηστῆρσιν ὁμιλήσειεν Ὀδυσσεύσ! 265 sq. = δ 345 sq. ρ 136 sq.
πάντεσ κ' ὠκύμοροί τε γενοίατο πικρόγαμοί τε.
ἀλλ' ἦ τοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται, 267 = *P* 514
ἤ κεν νοστήσασ ἀποτίσεται ἠὲ καὶ οὐκί,
ϝοῖσιν ἐνὶ μεγάροισι· σὲ δὲ φράζεσθαι ἄνωγα, 269[b] = π 312 cf. ρ 279 υ 43
ὅππωσ κε μνηστῆρασ ἀπώσεαι ἐκ μεγάροιο.
εἶ δ' ἄγε νῦν, ξυνίει καὶ ἐμῶν ἐμπάζεο μύθων.
αὔριον εἰσ ἀγορὴν καλέσασ ἥρωασ Ἀχαιοὺσ 272 cf. *T* 34
μῦθον πέφραδε πᾶσι, θεοὶ δ' ἐπὶ μάρτυροι ἔστων· 273[b] cf. *H* 76
μνηστῆρασ μὲν ἐπὶ σφέτερα σκίδνασθαι ἄνωχθι,
μητέρα δ' — εἴ ϝοι θυμὸσ ἐφορμάεται γαμέεσθαι,
ἂψ ἴτω εἰσ μέγαρον πατρὸσ μέγα δυναμένοιο·
οἳ δὲ γάμον τεύξουσι καὶ ἀρτυνέουσιν ἔϝεδνα. 277 = β 196

---

261. *ὄφρα ϝοι εἴη*] sic (οἱ) Ar., *ὄφρα δαείη* Zen., *ἥν που ἐφεύροι* l. a. in M. ‖ 263. *'νεμεσίζετο*] *ἐποπίζετο* vHerwerden (ut ε 146 h. Ven. 291). Cf. comment. ‖ 271. *εἶ δ'(ἐ)*] cf. *A* 302. — *νῦν*] *δή* G P. ‖ 273. *μάρτυροι*] *-ρεσ* P (cf. § 63). ‖ 275. *μητέρα*] *μήτηρ* anonymus in schol., lectionem vulgatam e prisca litteratura repetens (*μετερδε—μετεραδε*). — *ἐφορμάεται*] *ἐποτρύνει* schol. Ar. Nub. 1115. ‖ 276. *ἴτω*] *ἴμεν'* Bentley.

---

260. καὶ κεῖσε] § 9 et 97.

261. *Veneni* etiam β 329 fit mentio, ibi quoque *Ephyra* petendi.

263. θεοὺσ 'νεμεσίζετο] *deos verebatur, deorum eum pudebat* Quae consimilis sit locutio alibi non invenitur, sed cf. νεμεσίζεσθαι *indigne ferre* cum acc. et inf. B 296 P 254 et νεμεσσάεσθαι *vereri* cum inf. δ 158, νεμεσητόσ Λ 649 *reverendus*, νεμεσσηθεῖσ O 211, ubi mente suppleri potest vel debet μιν: *Iovem veritus*.

266. πικρόγαμοι] *suo malo uxorem appetentes*. Adi. non nisi locis par. redit; cf. Aesch. Prom. 764 et de adiectivi πικροῦ hoc usu ρ 448.

267. θεῶν ἐν γούνασι κεῖται] cf. Z 92.

275 sq. Mutata verborum structura enuntiatum aliter ad finem deducitur atque fuerat institutum. Similis est loquendi neglegentia π 79.

275. ἐφορμάεται] § 191.

276. Penelope illuc redeat ubi ante nuptias vixit puella, in megaron patris Icarii (vs. 329), relicto megaro Ulixis (vs. 333 et τ 533). Cf. Z 428.

277. Efficiunt haec hendiadyn, ut λ 117 ν 378 verba μνώμενοι ἀντιθέην ἄλοχον καὶ ϝέδνα διδόντεσ. *Proci* (οἵ) *nuptias* (*matrimonium*) *parabunt* ἔϝεδνα *afferendo* (cf. θ 318 sq.). Ad Icarium ferent opes quibus filiam ab eo redimant. Ut h. l. γάμον τεύχειν sive *nuptias* (*matrimonium*) *parare*, sic

σοὶ δ' αὐτῶι πυκινῶσ ὑποθήσομαι, αἴ κε πίθηαι· 279 cf. Φ 293 [sq.
νῆ' ἄρσασ ἐρέτηισιν ἐϝείκοσιν, ἥ τισ ἀρίστη, 281 sq. cf. β 215
ἔρχεο πευσόμενοσ πατρὸσ δϝὴν οἰχομένοιο, 281 cf. β 264 ο 270
αἴ κέν τισ ϝείπηισι βροτῶν ἢ ϝόσσαν ἀκούσηισ
ἐκ Διόσ, ἥ τε μάλιστα φέρει κλέοσ ἀνθρώποισι. 283 = β 217
πρῶτα μὲν εἰσ Πύλον ἐλθὲ καὶ εἴρεο Νέστορα δῖον, 284ᵇ cf. Ω 390
κεῖθεν δὲ Σπάρτηνδε παρὰ ξανθὸν Μενέλαον·
ὃσ γὰρ δεύτατοσ ἦλθεν Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων
εἰ μέν κεν πατρὸσ βίοτον καὶ νόστον ἀκούσηισ, 287-289 cf. β 218 sqq.
ἦ κε τρυχόμενόσ περ ἔτι τλαίησ ἐνιαυτόν·
εἰ δέ κε τεθνηῶτοσ ἀκούσηισ μηδ' ἔτ' ἐόντοσ,
νοστήσασ δὴ ἔπειτα φίλην εἰσ πατρίδα γαῖαν 290 = β 221
σῆμά τέ ϝοι χεῦαι καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεΐξαι. 291 cf. β 222; 291ᵇ cf. Ω 38
αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ ταῦτα τελευτήσηισ τε καὶ ἔρξηισ, 293ᵇ cf. λ 80
φράζεσθαι δὴ ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν, 294 cf. Ο 163
ὅππωσ κε μνηστῆρασ ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι 295 sq. cf. λ 119 sq.
κτείνηισ ἠὲ δόλωι ἢ ἀμφαδόν. οὐδ' ἔτι σε χρὴ
νηπιίασ ὀχέειν, ἐπεὶ οὐκέτι τηλίκοσ ἐσσί. 297ᵇ cf. τ 88
οὐκ ἀΐεισ οἷον κλέοσ ἔλλαβε δῖοσ Ὀρέστησ [sq.
πάντασ ἐπ' ἀνθρώπουσ, ἐπεὶ ἔκτανε πατροφονῆα 299ᵇ sq. = γ 307

278 πολλὰ μάλ', ὅσσα ϝέϝοικε φίλησ ἐπὶ παιδὸσ ἕπεσθαι. 278 = β 197; 278ᵃ = 292 β 223 cf. Τ 265
292 πολλὰ μάλ', ὅσσα ϝέϝοικε, καὶ ἀνέρι μητέρα δοῦναι. 292 cf. β 223; 292ᵃ = 278

278. Om. Rhianus. Cf. Χ 51 et comment. ad θ 318 sq. || 282. αἴ κέν τισ § 326] ἤν τίσ τοι. || 285. Σπάρτηνδε παρὰ ξανθὸν Μενέλαον] Κρήτηνδε παρ' Ἰδομενῆα ἄνακτα Zen. (cf. vs. 93). || 288 κε § 326] τ' ἄν. || 291. χεῦαι Ar. P²] χεῦσαι. — κτερεΐξαι] sic Ar., -ξον olim alii. || 292. Ex β repetitum et versibus 293—296 repugnantem del. Hermann. || 293. ἐπεὶ § 326] ἐπήν. — ἔρξηισ] neglecto ϝ. || 298. οὐκ T] ἦ οὐκ Ω (cf. § 8).

τ 137 dicitur γάμον σπεύδειν sive *nuptias* (*matr.*) *appetere*. — „Est igitur γάμον τεύχειν nunc fere id quod γαμεῖν, ut βοὴν τεύχειν = βοᾶν κ 118 et θάνατον τεύχειν = ἀποκτείνειν χ 14" (Poutsma).

278. De spurio hoc versu cf. θ 318 sq. et Ι 147 sq.

280. Modicam navem poscit; cf. Α 309.

283. κλέοσ] cf. Λ 227.

292. Spurium esse testantur versus proximi: Minerva iuvenem non iubet matrem novo marito dare, sed procos perimere Ipse autem Telemachus cum β 223 ait: „matrem uni e procis mox desponsurus sum", non ex animi sententia loquitur.

297. νηπιίασ ὀχέειν] cf. Ρ 23 et de voce νηπιίασ § 191.

299. πατροφονῆα] de hoc nomine cf. Ω 506.

Αἴγισθον δολόμητιν, ὅ ϝοι πατέρα κλυτὸν ἔκτα; 300-302 = γ 198 sqq.
καὶ σύ, φίλοσ, — μάλα γάρ σ' ὁράω καλόν τε μέγαν τε, —
ἄλκιμοσ ἔσσ', ἵνα τίσ σε καὶ ὀψιγόνων ἐῢ ϝείπηι.
αὐτὰρ ἐγὼν ἐπὶ νῆα θοὴν κατελεύσομαι ἤδη
ἠδ' ἑτάρουσ, οἵ πού με μάλ' ἀσχαλάουσι μένοντεσ·
σοὶ δ' αὐτῶι μελέτω, καὶ ἐμῶν ἐμπάζεο μύθων." 305^{a} = O 231
τὴν δ' αὖ Τηλέμαχοσ πεπνυμένοσ ἀντίον ηὔδα·
„ξεῖν', ἦ μοι μὲν ταῦτα φίλα φρονέων ἀγορεύεισ
ὥσ τε πατὴρ ϝῶι παιδί, καὶ οὔ ποτε λήσομαι αὐτῶν.
ἀλλ' ἄγε νῦν ἐπίμεινον, ἐπειγόμενόσ περ ὁδοῖο, 309 cf. T 142 309^{b} = γ 284 cf. ο 49
ὄφρα λοεσσάμενόσ τε τεταρπόμενόσ τε φίλον κῆρ
δῶρον ἔχων ἐπὶ νῆα κίηισ, χαίρων ἐνὶ θυμῶι,
τιμῆεν, μάλα καλόν, ὅ τοι κειμήλιον ἔσται 312^{b} cf. Ψ 618
ἐξ ἐμέ', οἷα φίλοι ξεῖνοι ξείνοισι διδοῦσι."
τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεὰ γλαυκῶπισ Ἀθήνη·
„μή μ' ἔτι νῦν κατέρυκε λιλαιόμενόν περ ὁδοῖο.
δῶρον δ' ὅττι κέ μοι δόμεναι φίλον ἦτορ ἀνώγηι,
αὖτισ ἀνερχομένωι δόμεναι ϝοικόνδε φέρεσθαι,
καὶ μάλα καλὸν ἑλών· σοὶ δ' ἄξιον ἔσσετ' ἀμοιβῆσ."
ἡ μὲν ἄρ' ὣσ ϝειποῦσ' ἀπέβη γλαυκῶπισ Ἀθήνη, 319 = E 133
ὄρνισ δ' ὣσ ἀν' ὄπαια διέπτατο· τῶι δ' ἐνὶ θυμῶι

---

300. ὅ Ar.] ὅσ Ω, item γ 198 Z 90 (N 561) γ 308 φ 416. ‖ 308. αὐτῶν] *αὐτόσ? Cf. § 98. ‖ 314. ἠμείβετ' ἔπειτα] αὖτε προσέειπε G (ut vs. 178). ‖ 318. ἄξιον . . . ἀμοιβῆσ] ἄξιοσ (vel ἄρκιοσ) . . . ἀμοιβή Nauck (coll. σ 358). — ἔσσετ'(αι) U W] ἔσται. Cf. Δ 235, 271 ω 201. ‖ 320. ἀν' ὄπαια F[1]] ἀνόπαια Ar. Ω, πανόπαια l. a. ant. (cf Etym. M. 111, 22).

---

301. ὁράω] § 191.

302. ἔσσ'(ο)] cf. § 302.

304. ἀσχαλάουσι] § 191.

313. ἐμέ'(ο)] § 92.

316. δόμεναι] § 125.

317. αὖτισ] non cum ἀνερχομένωι sed cum δόμεναι iungendum; valet enim *alia occasione* sive *posthac*, ut A 140 Γ 440.

318. *Dein vel pulcrum admodum donum selige quod mihi offeras; ego autem parem tibi gratiam referam.*

320. Sitne ἀν' ὄπαια an ἀνόπαια legendum ambigitur. Una voce Ar., nomen *avis* (aliunde non cognitae) id ratus; Herodianus ἀνοπαῖα, id intellegens ἀοράτωσ; alii olim πανόπαια, *hirundinem* interpretati (propter χ 240). Quae falsa sunt manifeste. Una si est vox, neutrum est plur. adiectivi ἀνόπαιοσ = ἄνω φερόμενοσ, quod ex *Anopaeae* semitae nomine (Herodot. VII 216) et ex Empedoclis verbis καρπαλίμωσ δ' ἀνόπαιον (Eust. 1419, 32; cf. Aristot. de Gener. et corr. II 6 § 9 de Anima 4 II § 7) est cognitum; *sursum* igitur valet. Sed propter verbum διέπτατο veri videtur similius

'θῆκε μένοσ καὶ θάρσοσ, ὑπέμνησέν τέ ϝε πατρὸσ
μᾶλλον ἔτ' ἢ τὸ πάροιθεν. ὃ δὲ φρεσὶ ϝῆισι νοήσασ
'θάμβησεν κατὰ θυμόν· ὀΐσσατο γὰρ θεὸν εἶναι.
αὐτίκα δὲ μνηστῆρασ ἐπώιχετο ϝισόθεοσ φώσ.

μνηστήρων εὐωχία.

τοῖσι δ' ἀοιδὸσ ἄειδε περικλυτόσ, οἳ δὲ σιωπῆι
ἤατ' ἀκούοντεσ· ὃ δ' Ἀχαιῶν νόστον ἄειδε
λυγρόν, ὃν ἐκ Τροίησ ἐπετείλατο Παλλὰσ Ἀθήνη.
τοῦ δ' ὑπερωϊόθεν φρεσὶ σύνθετο θέσπιν ἀοιδὴν
κούρη Ϝικαρίοιο περίφρων Πηνελόπεια· 329 = λ 446 τ 375 υ 388 cf. π 435 ρ 562

---

poetam dixisse ἀν' ὄπαια sive *per tecti foramina*, de quibus cf. ζ 307; nam praepositio δια- quo referatur alioquin non habet. Agnoscitur autem poetae studium veri similia proferendi, de quo cf. ε 79 sq.; nunc e megaro dea abiit per rimam tecti, posthac in clausum Penelopes cubiculum per rimam ianuae mittet speciem nocturnam (δ 802). Ceterum ad summam rei nihil attinet utra interpretatio probetur, quoniam dea ἄνω φερομένη nisi *per tectum* ex hominum conspectu abire non potuit. Etiamne *speciem avis* dea induerit fortasse non liquet, certe non dicitur id vocula ὡσ, cf. autem ι 151 sq.; veri tamen est simile poetam id voluisse, nam sic tantum *procis non advertentibus* dea potuit abire. Cf. vs. 405—411 et χ 249. *Mentae* sumta figura quae venit dea, aviculae figura sumta per tectum iam abit: *Mentoris* posthac figura sumta ad Ulixem veniet, dein in hirundinem mutata in tectum avolabit (χ 239 sq.). Cf. etiam γ 372, ubi Mentor sive Minerva aquilae figura sumta avolat.

— διέπτατο] § 216.

326. ἤατ'(ο)] § 220.

328. ὑπερωϊόθεν] ex quo proci petulantes per megaron strepere et epulas quotidianas ibi struere coeperunt, Penelope non solum noctes sed et maiorem dierum partem transegit in aedium parte superiore (cf. vs. 333), ubi filiarum innuptarum cubicula esse solebant (cf. Β 514 Π 184).

329. Ϝικαρίοιο] *Icarius* posteris *Tyndarei frater* fuit, *Spartae* habitans. Cui fabulae conveniunt quae novimus de *Penelope* (sive Diana altera) in *Peloponneso* culta, ubi Mercurio Panem peperisse (Herodot. II 145 Serv. ad Verg. Georg. I 16 Apollodor. Epit. 7, 38), unde ab Ulixe abducta esse (Pausan. III 12 et 20 § 10), ubi obiisse ferebatur (Pausan. VIII 12 § 3). Sed Aristarchus annotavit poetam Odysseae de Icario ita loqui ut *Ithacae*, non Spartae, eum collocasse videatur (cf. Strab. 462 schol. β 52 δ 1 ο 16 al.), de *Sparta* quidem probabiliter statuens, quoniam nulla Icarii ratio habetur in itinere Telemachi, de *Ithaca* non item. Nam δ 736 Penelope Ithacam *aliunde venisse* totidem verbis dicitur; itaque tunc certe, cum Ulixi

κλίμακα δ' ὑψηλὴν κατεβήσετο ϝοῖο δόμοιο,
οὐκ οἴη· ἅμα τῆι γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο.
ἡ δ' ὅτε δὴ μνηστῆρασ ἀφίκετο δῖα γυναικῶν,
'στῆ ῥα παρὰ σταθμὸν τέγεοσ πύκα ποιητοῖο,
ἄντα παρηιάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα·

330 = φ 5
331-335 = σ 207
331 = Γ 143 [sqq.
332-335 = φ 63
332 cf. π 414 [sqq.
333 sq. = π 415 sq.
333 = ϑ 458

---

lla nupsit, eius pater illic non habi-avit, postea autem eum illuc commi-grasse ut sumamus nihil cogit, nihil uadet, dehortantur plurima. Quidni utem poeta sumserit Icarium in *alia* liqua Peloponnesi urbe vel in *Acar-nania* (ut posteri) vixisse, fortasse egnasse? Quod si recte statuimus, turbis quibus vexabantur eius filia t nepos procul remotus vixit, nihil ortasse de iis compertum habens.

330—332. Si λάϊνοσ οὐδόσ is, cuius nentio fit ψ 88, idem fuit qui com-nemoratur π 41 al. sive limen per uod *e prodomo* in megaron erat adi-us, poeta finxit reginam cubiculo re-cto, cum per scalas descendisset, rodomum adiisse et per hunc in negaron pervenisse. Si vero sumimus oetam etiam *posticae* megari fori, uius mentio fit φ 236 al., limen lapi-eum tribuisse, sequitur ut statuamus prodomo ad scalas et hinc ad illud ubiculum per megaron fuisse aditum. ec dubium videtur quin recte sic tatuamus. Nam prudentis erat con-ilii, aedes ita struere ut ad ὑπερῶιον, bi virginum erant cubicula, non osset perveniri nisi per megaron, bi dormiebant parentes (cf. λ 373 sq. I 663); sic enim optime protege-antur a praedonum vel amantium udacia (cf. diagramma ad χ 126—40). De dis nunc non loquimur: uibus nullus non locus fuit pervius f. Π 184). Et facilius sic intellegitur enelopen ex illo cubiculo audire po-isse voces in megaro canentium (α 328) vel loquentium (ρ 492, cf. etiam ρ 504 υ 92—97, 504). Qua-propter poetae mentem sic interpre-tamur: Penelopen, cum per scalas descendisset, *per forem posticam* me-garon intrasse, non *dorsum* igitur iam advertere nobis, qui mentis oculis cum poeta cernimus procos in megaro epulantes, sed *faciem* pudice velatam.

330. κατεβήσετο] § 152.

333. παρὰ σταθμὸν τέγεοσ] *tecti ful-crum* aliquod poeta dicit, non *ianuae postem* (ut η 89 χ 120 al.). Videtur autem intellegendum esse unum e statuminibus foco circumpositis; quae *pilae* fuerunt in regia Scheriae (cf. ζ 307). Prope hos enim σταθμοὺσ τέγεοσ suus locus fuit *dominae* (cf. Β 137 Γ 125 Χ 440—460 δ 123, 717 ζ 52 sq., 305 θ 420 ο 461 ρ 96 sq. τ 55, 533 υ 343 ψ 89), ut et *domino* eorumque *liberis* (cf. Ι 144 Ν 431 θ 458). Sed Penelope in cubiculum superius, ubi noctes marito absente transigit, etiam interdiu aufugere solet e megaro, quoties proci id invadunt, ad pristi-nam autem sedem prope focum non nisi mane redit, ante illorum adven-tum (cf ρ 96—106), et interdum sera vespera, postquam in suas singuli aedes illi abierunt (cf. τ 51 sqq., 533). Nunc ad unum ex foci statuminibus consistit ancillis duabus comitantibus.

334 sq. Domi suae regina veluti in publico iam versata — plenum enim est megaron virorum non vocato-rum — *velamentum* sumsit (cf. Ξ 184 sq.); quo et faciem iam tegit, pudore

ἀμφίπολοσ δ' ἄρα ϝοι κεδνὴ ϝεκάτερθε παρέστη.
δακρύσασα δ' ἔπειτα προσηύδα δῖον ἀοιδόν·
„Φήμιε, πολλὰ γὰρ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια ϝοῖσθα,
ϝέργ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε, τά τε κλείουσιν ἀοιδοί·
τῶν ἕν γέ σφιν ἄειδε παρήμενοσ, οἳ δὲ σιωπῆι
ϝοῖνον πινόντων. ταύτησ δ' ἀποπαύε' ἀοιδῆσ
λυγρῆσ, ἥ τέ μοι αἰὲν ἐνὶ στήθεσσι φίλον κῆρ
τείρει, ἐπεί με μάλιστα καθίκετο πένθοσ ἄλαστον·
τοίην γὰρ κεφαλὴν ποθέω μεμνημένη αἰεὶ 343ª = λ 549
ἀνδρόσ, τοῦ κλέοσ εὐρὺ καθ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργοσ." 344 cf. δ 726, 816 344ᵇ cf. ο 80
τὴν δ' αὖ Τηλέμαχοσ πεπνυμένοσ ἀντίον ηὔδα·
„μῆτερ ἐμή, τί τ' ἄρα φθονέεισ ἐρίϝηρον ἀοιδὸν
τερπέμεν', ὅππηι ϝοι νόοσ ὄρνυται; οὔ νύ τ' ἀοιδοὶ
αἴτιοι, ἀλλά ποθι Ζεὺσ αἴτιοσ, ὅσ τε δίδωσι
ἀνδράσιν ἀλφεστῆισιν, ὅπωσ ἐθέληισι, ϝεκάστωι. 349ᵇ = ζ 189
τούτωι δ' οὐ νέμεσισ Δαναῶν κακὸν οἶτον ἀείδειν·
τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
ἥ τισ ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.
σοὶ δ' ἐπιτολμαέτω κραδίη καὶ θυμὸσ ἀκούειν·
οὐ γὰρ Ὀδυσσεὺσ οἶοσ ἀπώλεσε νόστιμον ἦμαρ 354ᵇ cf. ρ 253

336. δῖον P] θεῖον G F. ‖ 337. ϝοῖσθα] οἶδασ Ar. Ω, ἤιδεισ Zen.; cf. Α 85. ‖ 341. αἰὲν U] αἰεὶ Ω (cf. Α 520). ‖ 344. Ar. —— ‖ 346. ἄρα D] ἄρ' αὖ (ἂν) Ω. ‖ 349. ἀλφεστῆισιν] cf. Α 454. ‖ 350. τούτωι] τοῦτον Naber (coll. Γ 156). ‖ 351. ἐπικλείουσ'(ι)] ἐπιφρονέουσ' Plat. Rep. 424 *b*. ‖ 352. ἀκουόντεσσι] ἀειδόντεσσι Plat. l. l. (leg. ἀϊόντεσσι? sic Longin. prol. ad Hephaest.; cf. v. l. vs. 353 β 42 Hes. Op. 213). ‖ 353. ἀκούειν] ἀΐειν Y (cf. v. l. vs. 352).

suffusa. Eandem ob causam duas ancillas comitari se iussit (cf. σ 184).

— παρηιάων] cf. Δ 142.

— λιπαρὰ κρήδεμνα] cf. Σ 382.

336. προσηύδα] § 195.

340. ἀποπαύε'(ο)] § 117.

342. ἄλαστον] cf. Μ 163.

343. μεμνημένη] *memor*, absolute positum, ut Ε 263 al.

344. καθ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργοσ] *inter omnes Achivos*. Nomen Ἑλλάσ h. l. et δ 726, 816 ο 80 id valet quod postea. Olim vero partem Thessaliae indicabat (Β 683 al.; cf. Ι 447 sq.). Cui Iliadis usui convenit τῆσ μεγάλησ Ἑλλάδοσ nomen; sic enim coloni Achivi minori illi Ἑλλάδι, quae in Thessalia sita erat, novam suam patriam olim opposuerunt. Quae regio nomine latine verso *Magna Graecia* postea inepte est dicta. — Ἄργοσ nomen totam significat paeninsulam eam, quae postea *Pelopis* est dicta (cf. Β 101—108).

347. τερπέμεν'(αι)] § 125.

— τ'(οι)] cf. § 13.

349. ἀλφεστῆισιν] cf. Ζ 142.

350. οὐ νέμεσισ] cf. Γ 156.

— οἶτον] cf. Γ 417.

353. ἐπιτολμαέτω] § 191.

ἐν Τροίηι, πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι φῶτεσ ὄλοντο.
ἀλλ' εἰσ ϝοῖκον ἰοῦσα τέ' αὐτῆσ ϝέργα κόμιζε,
ἱστόν τ' ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ϝέργον ἐποίχεσθαι. μῦθοσ δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί· τοῦ γὰρ κράτοσ ἔστ' ἐνὶ ϝοίκωι."
ἡ μὲν θαμβήσασα πάλιν ϝοῖκόνδ' ἐβεβήκει,
παιδὸσ γὰρ μῦθον πεπνυμένον ἔνθετο θυμῶι·
εἰσ δ' ὑπερῶι' ἀναβᾶσα σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξὶ
'κλαῖεν ἔπειτ' Ὀδυσῆα φίλον πόσιν, ὄφρα ϝοι ὕπνον
ϝηδὺν ἐπὶ βλεφάροισι 'βάλε γλαυκῶπισ Ἀθήνη.

μνηστῆρεσ δ' ὁμάδησαν ἀνὰ μέγαρα σκιόεντα·
πάντεσ δ' ἠρήσαντο παραὶ λεχέεσσι κλιθῆναι.
τοῖσι δὲ Τηλέμαχοσ πεπνυμένοσ ἤρχετο μύθων·
„μητρὸσ ἐμῆσ μνηστῆρεσ ὑπέρβιον ὕβριν ἔχοντεσ,
νῦν μὲν δαινύμενοι τερπώμεθα, μηδὲ βοητὺσ
ἔστω, ἐπεὶ τό γε καλὸν ἀκουέμεν' ἐστὶν ἀοιδοῦ
τοιοῦδ', οἷοσ ὅδ' ἐστί, θεοῖσ' ἐναλίγκιοσ αὐδήν.
ἠῶθεν δ' ἀγορήνδε καθεζώμεσθα κιόντεσ
πάντεσ, ἵν' ὔμιν μῦθον ἀπηλεγέωσ ἀποϝείπω."

356 sq. = *Z* 490 sq. *φ* 350 sq.
358 cf. *Z* 492 *φ* 352
358' sq. cf. *λ* 352 sq.
359 = *φ* 353
359ᵃ = *Z* 493
360-364 = *φ* 354 sqq.
362-364 = *τ* 602 sqq.
363 sq. = *π* 450 sq.
365 = *δ* 768 *σ* 399 cf. *ϱ* 360
366 = *σ* 213
367 = *ο* 502
368 = *δ* 321 cf. *π* 410
370 cf. *ι* 3
371 = *ι* 4
372ᵇ = *Υ* 136
373ᵇ cf. *Ι* 309

356—359. Ar. —; in „melioribus" olim non erant, sed propter *γάρ* vs. 361 omitti satis apte vix possunt. ‖ 356. *ἀλλ' εἰσ ϝοῖκον ἰοῦσα]* *ἀλλὰ σύ γ' εἰσελθοῦσα* coniectura antiqua. — *τέ' αὐτῆσ]* *τὰ σαυτῆσ* Ω. Cf. *Δ* 185. ‖ 360. *ϝοῖκόνδ'(ε)]* *θάλαμόνδε* coniectura antiqua. ‖ 367. *ἤρχετο μύθων]* *ἀντίον ηὔδα* F (ut vs. 388). ‖ 370. *τό γε]* sic Ar., *τόδε* F. ‖ 371. *ἐναλίγκιοσ]* *-ίου* Bentley. ‖ 373. *ἀπηλεγέωσ]* cf. *Θ* 70.

---

355. ἐν Τροίηι] „at non obiit illic Ulixes", sic Nicanor, sententiam *ante* ἐν Τροίηι incidi ideo iubens. Molestia nulla: „et alii e Troade non redierunt" Telemachus ait.

356 et 360. εἰσ ϝοῖκον et ϝοῖκόνδε] *in tuum cubiculum.* Vox ϝοῖκοσ non *aedes* a loco loquentis remotas iam significat, sed *interiora aedium* earum, in quibus filius cum matre nunc confabulatur. Sic ρ 569—572 τ 16 τῶι μεγάρωι opponuntur τὰ μέγαρα sive *aedes ceterae.* Ut hic, vox ϝοῖκοσ etiam φ 350, 354 ψ 292 est usurpata, item saepe postea (Xen. Conv. 2 § 18 Menandr. Circumt. 277 al.), et congruit pluralis unas aedes significans ω 417. Etiam voces οἴκημα et deminutivum δωμάτιον Athenis *cubiculum* indicarunt (e. g. Plat. Protag. 315 *d* Ar. Ran. 100).

357. ἱστόν] cf. ο 517.

360. θαμβήσασα] filii nunc primum non puerum sed dominum se gerentis (cf vs. 382) verba prudentia mater miratur.

373. ὔμιν] § 92. — ἀπηλεγέωσ] cf. Ι 309.

ὣσ ἔφαθ'· οἳ δ' ἄρα πάντεσ ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντεσ 381 sq. = σ 410 sq. υ 268 sq.
Τηλέμαχον 'θαύμαζον, ὃ θαρσαλέωσ ἀγόρευε.
τὸν δ' αὖτ' Ἀντίνοοσ προσέφη, Ἐὐπείθεοσ υἱόσ·
„Τηλέμαχ', ἦ μάλα δή σε διδάσκουσιν θεοὶ αὐτοὶ
ὑψαγόρην τ' ἔμεναι καὶ θαρσαλέωσ ἀγορεύειν.
μὴ σέ γ' ἐν ἀμφιάλωι Ἰθάκηι βασιλῆα Κρονίων
ποιήσειεν, ὅ τοι γενεῆι πατρώϊόν ἐστι.“
τὸν δ' αὖ Τηλέμαχοσ πεπνυμένοσ ἀντίον ηὔδα·
„Ἀντίνο', εἴ πέρ μοι καὶ ἀγάσσεαι ὅττι κε ϝείπω, 389 cf. Ε 421 α 158
καί κεν τοῦτ' ἐθέλοιμι Διόσ γε διδόντοσ ἀρέσθαι.
ἦ φῂσ τοῦτο κάκιστον ἐν ἀνθρώποισι τετύχθαι;
οὐ μὲν γάρ τι κακὸν βασιλευέμεν'· αἶψά τέ ϝοι δῶ

ἐξίμεναι μεγάρων· ἄλλασ δ' ἀλεγύνετε δαῖτασ, 374 cf. β 139
ὑμὰ κτήματ' ἔδοντεσ, ἀμειβόμενοι κατὰ ϝοίκουσ. 375-380 = β 140 sqq.
εἰ δ' ὔμιν δοκέει τόδε λωΐτερον καὶ ἄμεινον
ἔμμεναι, ἀνδρὸσ ἑνὸσ βίοτον νήποινον ὀλέσσαι,
κείρετ'! ἐγὼ δὲ θεοὺσ ἐπιβώσομαι αἰὲν ἐόντασ,
αἴ κέ ποθι Ζεὺσ δῶισι πάλιν τιτὰ ϝέργα γενέσθαι.
νήποινοί κεν ἔπειτα δόμων ἔντοσθεν ὄλοισθε.

374-380. Ex β invectos, hic molestissimos, del. Hermann. ‖ 377. *ὀλέσσαι* U] *ὀλέσθαι*. ‖ 379. *ποθι*] *ποτε* G F; cf. β 144. ‖ 381 sq. Om. F[1]. ‖ 389. *καὶ ἀγάσσεαι*] *καὶ* om. P, *νεμεσήσεαι* l. a. ant., *εἰ καί μοι νεμεσήσεαι* Eust. ‖ 392. *βασιλευέμεν'(αι)*] *βασιλῆ' ἔμεν'* Naber.

374. ἐξίμεναι] cf. § 125.
376. ὔμιν] § 92.
378. ἐπιβώσομαι] § 192.
379. πάλιν τιτὰ] cf. Δ 357 Ω 213.
380. Cf. β 145.

384—387. Ridens Antinous ad iuvenem, qui etiam puer ei videtur: „satisne confidenter et imperatorie? Quid si adoleveris! Absit ut Ithacae tu rex fias posthac!"

386. βασιλῆα] *regem summum* sive σκηπτόοχον, θεῖον (δ 691), ὧι ἔδωκε Κρόνου πάϊσ ἀγκυλόμητισ (Β 205; cf. Α 277, 279 et infra vs. 390). Ab hoc rege distinguendi sunt Ithacensium *primores duodecim* (cf. π 251 et supra vs. 245—248), qui et ipsi βασιλῆεσ vocantur vs. 394; cf. ο 533 σ 64 ω 179. Etiam *Scheriae* βασιλῆεσ complures fuerunt (cf. θ 390 sq. ζ 54 η 49 θ 41 et η 167), item in Hesiodi patria *Boeotia* (cf. Oper. 202, 248 al.), nec non quinque simul Eleusine βασιλῆεσ praeter ipsum regem Celeum fuisse dicuntur h. Cer. 153—155, 473—477; cf. praeterea nomen priscum quatuor φυλοβασιλέων, qui tribubus Ionicis apud Athenienses olim fuerunt praepositi, et inscr. Collitz. 214 (Mityl.), 1152 (Elid.), al. — Sic femininum βασίλεια ζ 115 non *reginam* sed *virginem regiam*, *nobilem* significat.

387. ὅ τοι γενεῆι πατρώϊόν ἐστι] cf. ο 533 sq.

390. γε διδόντοσ] § 3.

392. οὐ . . . γάρ] ut si non antecesserit: *putasne id vilipendendum esse?* sed: *id non vilipendendum est!*
— ϝοι] τῶι βασιλεύοντι, quae e verbis vicinis petenda est notio.

ἀφνειὸν πέλεται καὶ τιμηέστερος αὐτός.
ἀλλ' ἤ τοι βασιλῆες Ἀχαιῶν εἰσι καὶ ἄλλοι
πολλοὶ ἐν ἀμφιάλωι Ἰθάκηι, νέοι ἠδὲ παλαιοί, 395 cf. β 293
τῶν κέν τις τόδ' ἔχηισιν, ἐπεὶ 'θάνε δῖος Ὀδυσσεύς· 396ᵇ = β 96
αὐτὰρ ἐγὼ ϝοίκοιο ϝάναξ ἔσομ' ἡμετέροιο
καὶ δμώων, οὕς μοι 'ληΐσσατο δῖος Ὀδυσσεύς." 398 cf. Σ 28
τὸν δ' αὖτ' Εὐρύμαχος Πολύβου πάϊς ἀντίον ηὔδα·
„Τηλέμαχ', ἤ τοι ταῦτα θεᾶν ἐν γούνασι κεῖται, 400 cf. P 514
ὅς τις ἐν ἀμφιάλωι Ἰθάκηι βασιλεύσει Ἀχαιῶν·
κτήματα δ' αὐτὸς ἔχοις καὶ δώμασι σοῖσι ϝανάσσοις. 402 cf. 117
μὴ γὰρ ὅ γ' ἔλθοι ἀνήρ, ὅς τίς σ' ἀϝέκοντα βίηφι
κτήματ' ἀπορραίσει' Ἰθάκης ἔτι ναιεταούσης!
ἀλλ' ἐθέλω σε, φέριστε, περὶ ξείνοι' ἐρέεσθαι,
ὁππόθεν οὗτος ἀνήρ, ποίης δ' ἐξ εὔχεται εἶναι 406ᵇ sq. cf. υ 192 sq.
γαίης, ποῦ δέ νύ ϝοι γενεὴ καὶ πατρὶς ἄρουρα.
ἠέ τιν' ἀγγελίην πατρὸς φέρει ἐρχομένοιο; 408 cf. Π 13 β 30
ἦ ἐϝὸν αὐτοῦ χρῆος ἐϝελδόμενος τόδ' ἱκάνει; 409ᵃ cf. β 45
οἷον ἀναΐξας ἄφαρ οἴχεται οὐδ' ὑπέμεινε
γνώμεναι· οὐ μὲν γάρ τι κακῶι εἰς ὦπ' ἐϝεϝοίκει."
τὸν δ' αὖ Τηλέμαχος πεπνυμένος ἀντίον ηὔδα·
„Εὐρύμαχ', ἤ τοι νόστος ἀπώλετο πατρὸς ἐμοῖο.

402. *δώμασι σοῖσι*] *-σιν οἷσιν* G F P. || 403. *σ'* G P²] om. F P¹. || 404. *ἀπορραίσει'(ε)* [B]entley] *-σει*. Cf. § 113 et de ipso verbo cf. comment. || 405. *ξείνοι' (-νου) ἐρέεσθαι* [B]entley] *-νοιο ἔρεσθαι*. Cf. vs. 135. || 408. *τιν'(α)*] *τοι* F. — *ἐρχομένοιο*] sic Ar., *οἰχομένοιο* a. ant. || 413. *ἐμοῖο*] *ἐμεῖο* l. a. ant. (cf. Ξ 118).

394 sq. βασιλῆες .... πολλοί] *prin[c]ipes duodecim*. Cf. vs. 386.

— Ἀχαιῶν] cum adi. ἄλλοι iungendum.

396. Ficta nunc loquitur iuvenis, [qu]em mox vs. 413—420. Nam patrem [e]tiam vivere ei persuasissimum est, [p]ostquam dixit Mentes (vs. 196 sqq.), [c]uius sub specie Minervam se exhor[t]atam esse intellexit (vs. 320—323).

400. θεῶν ἐν γούνασι κεῖται] cf Z 92.

404. ἀπορραίσει'(ε)] *abripiendi* hoc [v]erbum redit π 428; sed quoniam [fr]*angendi* vel *elidendi* notio, quae verbo [ῥα]ίειν et composito διαρραίειν (α 251 [β] 49 al.) est propria, ab his locis aliena est, olim ἀποϝρήσειε fuisse coniecit Schulze (cf. X 489 et § 150⁵).

405. ξείνοι'(ο)] § 59.

405—411. Hospitem non iam adesse Eurymachus videt, sed quando et quomodo abierit nescit; miratur autem quomodo tam subito et nemine advertente e ceterorum conspectu subducere se potuerit.

408. ἀγγελίην πατρὸς . . . ἐρχομένοιο] cf. T 336 sq.

409. ἐϝὸν — ἐϝελδόμενος] *sua ipsius negotia expedire cupiens*.

— χρῆος] § 190.

413—420. Cf. vs. 396.

οὔτ' οὖν ἀγγελίηι ἔτι πείθομαι, εἴ ποθεν ἔλθοι,
οὔτε θεοπροπίησ ἐμπάζομαι, ἥν τινα μήτηρ — 415 cf. *Π* 50
εἰσ μέγαρον καλέσασα θεοπρόπον ἐξερέηται.
ξεῖνοσ δ' οὗτοσ ἐμὸσ πατρώϊοσ ἐκ Τάφου ἐστί·
Μέντησ Ἀγχιάλοιο δαΐφρονοσ εὔχεται εἶναι — 418 sq. cf. 180 sq.
υἱόσ, ἀτὰρ Ταφίοισι φιληρέτμοισι ϝανάσσει."
ὣσ 'φάτο Τηλέμαχοσ, φρεσὶ δ' ἀθανάτην θεὸν ἔγνω.
οἳ δ' εἰσ ὀρχηστύν τε καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδὴν — 421-423 = σ 304 sqq.
τρεψάμενοι 'τέρποντο, 'μένον δ' ἐπὶ ϝέσπερον ἐλθεῖν.
τοῖσι δὲ τερπομένοισι μέλασ ἐπὶ ϝέσπεροσ ἦλθε·
δὴ τότε κακκείοντεσ ἔβαν ϝοῖκόνδε ϝέκαστοσ. — 424 cf. *Α* 606
Τηλέμαχοσ δ', ὅθι ϝοι θάλαμοσ περικαλλέοσ αὐλῆσ — 426 cf. ξ 6
ὑψηλὸσ 'δέδμητο περισκέπτωι ἐνὶ χώρωι, — 426[b] = κ 211, 253
ἔνθ' ἔβη εἰσ εὐνὴν πολλὰ φρεσὶ μερμηρίζων.
τῶι δ' ἄρ' ἅμ' αἰθομένασ δαΐδασ 'φέρε κεδνὰ ϝιδυῖα — 428 cf. 434
Εὐρυκλέει' Ὦποσ θυγάτηρ Πεισηνορίδαο, — 429 = β 347 υ 148

414. *ἀγγελίη(ι)* P[1]] *-ην* G[1], *-η(ι)σ* Ω (cf. *Κ* 57). — *ἔτι πείθομαι* G P] *ἐπιπείθομαι* F (cf. Σ 296), *-ησ ἔτι πεύθομαι* Bentley (coll. β 255). ‖ 415. *ἥν*] *ἤν* F P et quidam apud Herodianum. ‖ 419. Om. F[1]. ‖ 424. *δὴ τότε κοιμήσαντο καὶ ὕπνου δῶρον ἕλοντο* (= *Η* 482 al.) l. a. ant., qui versus in libro Argolico „adscriptus erat" (cf. *Π* 613).

414. εἰ . . . ἔλθοι] diffidentis optativus. Cf. Γ 299.

423. μέλασ ἐπὶ ϝέσπεροσ ἦλθε] cf. Α 475 et Φ 232.

424. Primitus de solis Ithacensium primoribus duodecim, quibus in ipsa Ithaca suae erant aedes, in fabula, quae erat de regina marito absente a procis vexata, fuit sermo; sed multo plures cogitat poeta noster. Cf. vs. 245 – 248.

425 sq. In *ipsa aula* Telemacho fuit cubiculum (cf. υ 125 – 128), ut Priami generis Ζ 247 – 250; in *prodomo* – quod eodem fere redit – fuit Phoenici Ι 473. Nostro loco illud cubiculum dicitur *undique liberum prospectum habuisse*; commemoratur autem etiam τ 48 sq., sed illic non describitur. Locutio περισκέπτωι ἐνὶ χώρωι redit κ 211, 253 ξ 6; cf. ἐν περιφαινομένωι ε 476.

428 κεδνὰ ϝιδυῖα] § 160.

429 – 433. *Eurycleam, Opis filiam, Pisenoris neptem* Laërtes ita ut uxorem honoravit, concreditae autem ei fuerunt Laërtae et Ulixis opes (cf. β 337 – 347). Hinc effici videtur eam in fabulis Odyssea vetustioribus eandem quam *Anticleam* sive ipsam *uxorem* Laërtae (cf. λ 85) fuisse. In *ancillam* igitur, ut saepe factum est in mythologia, abiit quae primitus *virgo nobilissima* (id quod indicant patris et avi nomina commemorata) et *regina* vel etiam *dea* fuerat. Nam *Opis* (= Ὦποσ θυγάτηρ) fuit nomen deae terrestris Deli et Ephesi cultae, quae Dianae nutrix vel ipsa Diana illic habebatur (cf. Herodot. IV 34 sq.).

τήν ποτε Λαέρτησ 'πρίατο κτεάτεσσιν ἑϝοῖσι 430ᵇ = ξ 115, 452 ο 483
πρωθήβην ἔτ' ἐοῦσαν, ἐϝεικοσίβοια δ' ἔδωκε·
ϝῖσα δέ μιν κεδνῆι ἀλόχωι 'τίεν ἐν μεγάροισι,
εὐνῆι δ' οὔ ποτ' ἔμικτο, χόλον δ' ἀλέεινε γυναικόσ.
ἥ ϝοι ἅμ' αἰθομένασ δαΐδασ 'φέρε, καί ϝε μάλιστα 434 cf. 428 [Θ 283
δμωιάων 'φιλέεσκε καὶ ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα. 435ᵇ = ψ 325 cf.
ὤϊξεν δὲ θύρασ θαλάμου πύκα ποιητοῖο, 436ᵃ = χ 399 cf. ψ 370 ω 501
ἕζετο δ' ἐν λέκτρωι, μαλακὸν δ' ἔκδυνε χιτῶνα· 437 cf. Β 42
καὶ τὸν μὲν γραίησ πυκιμηδέοσ ἔμβαλε χερσί.
ἥ μὲν τὸν πτύξασα καὶ ἀσκήσασα χιτῶνα
πασσάλωι ἀγκρεμάσασα παρὰ τρητοῖσι λέχεσσι
'βῆ ῥ' ἴμεν' ἐκ θαλάμοιο, θύρην δ' ἐπέρυσσε κορώνηι
ἀργυρέηι, ἐπὶ δὲ κληῖδ' ἐτάνυσσεν ἱμάντι.

431. ἐϝεικοσίβοια] -σάβοια Ω (cf. χ 57). || 436. θύρασ] *-ρην? Cf. α 441 ζ 19. Pluralis est Ι 473, 475. || 438. Om. G F¹. — γραίησ] γρηὸσ P. || 441. ἐπέρυσσε] neglecto ϝ.

Eurynomen autem nomen eadem mulier accepit; nam quod in nostro carmine heroi *pedes* lavat *Euryclea*, *cubile* parat *Eurynome* (τ et υ), dein agnito *ambae* hae θαλαμηπόλοι coniunctim torum struunt (ψ 289), id ut non sit molestum, luculenter tamen testatur duas fabulas parallelas ab Odysseae poeta in unum esse conflatas. Primitus autem *Eurynome*, ut Euryclea, non ancillae thalamum servantis fuit nomen, sed *deae late regnantis*, quae in speluncam suam Vulcanum olim recepit (cf. Σ 399—405). Et in fabula quae non de Ulixe et Penelope fuit, sed de Ulixe et Nausicaa, simillimo nomine anus ancilla dicta est *Eurymedusa* (cf. η 7—13). Etiam *Eurydice*, quae Orphei sive dei mortuorum primitus fuit uxor, huic deae nomen fuit (cf. τ 452). *Terrae Matris* nimirum haec omnia sunt nomina. Haec *Solem* filium vel alumnum quotidie sinu suo abscondit; et convenit — tam accurate ut casui res tribui nequeat — fabula Aegyptiaca quae est de *Hathore* dea sycomori (cf. Roscher Lex. Myth. 1850—1854).

429. Εὐρυκλέεια] § 73.

431. πρωθήβην] cf. Θ 518.

— ἐϝεικοσίβοια] cf. Ζ 236.

439. ἀσκήσασα] cf. Δ 110.

440 τρητοῖσι] cf. Γ 448.

441 sq. *Manubrio adunco* (κορώνηι, item η 90 φ 138, 165) anus forem *attraxit* (ἐπεϝέρυσσε). Quod etiam ἐπιθέμεναι (Ε 751 ι 240 al.) vel προσθέμεναι (ι 305 Herodot. III 78) dicebatur, contrarium autem erat ἀνακλῖναι (Ε 751 χ 156 al.; cf. etiam ἀνέμεναι Φ 537). Dein *pessulum* (κληῖδα sive μοχλόν, cf. Ω 318 al.) loro adductum in postem inseruit. Lorum hoc per foramen exertum et extra cubiculum pendens, quo movebatur pessulus interiori foris parti additus (cf. δ 802), manubrio foris poterat alligari, id quod tum fiebat cum extrinsecus conclave occludi necesse erat; cf. φ 46. Nunc anum id non fecisse nemo non intellegit, quoniam Telemacho exeundi facultas fuit relinquenda.

ἔνθ' ὅ γε παννύχιοσ, κεκαλυμμένοσ οἰὸσ ἀώτωι,
'βούλευε φρεσὶ ϝῆισιν ὁδὸν τὴν 'πέφραδ' Ἀθήνη.

Ἰθακησίων ἀγορά.

β ἦμοσ δ' ἠριγένεια 'φάνη ῥοδοδάκτυλοσ 'Ηώσ,
ὤρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῆφιν Ὀδυσσῆοσ φίλοσ υἱὸσ
ϝείματα ϝεσσάμενοσ, περὶ δὲ ξίφοσ ὀξὺ 'θέτ' ὤμωι,
ποσσὶ δ' ὑπὸ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα·
'βῆ δ' ἴμεν' ἐκ θαλάμοιο θεῶι ἐναλίγκιοσ ἄντην.
αἶψα δὲ κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισ' ἐκέλευσε
κηρύσσειν ἀγορήνδε κάρη κομάοντασ Ἀχαιούσ.
οἳ μὲν ἐκήρυσσον, τοὶ δ' ἠγείροντο μάλ' ὦκα.
αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἤγερθεν ὁμηγερέεσ τ' ἐγένοντο,
'βῆ ῥ' ἴμεν' εἰσ ἀγορήν, παλάμηι δ' ἔχε χάλκεον ἔγχοσ,
οὐκ οἶοσ· ἅμα τῶι γε δύω κύνεσ ἀργοὶ ἕποντο.
θεσπεσίην δ' ἄρα τῶι γε χάριν κατέχευεν Ἀθήνη·
τὸν δ' ἄρα πάντεσ λαοὶ ἐπερχόμενον 'θηέοντο.
ἕζετο δ' ἐν πατρὸσ θώκωι, 'ϝεῖξαν δὲ γέροντεσ.
τοῖσι δ' ἔπειθ' ἥρωσ Αἰγύπτιοσ ἦρχ' ἀγορεύειν,
ὃσ δὴ γήραϊ κυφὸσ ἔεν καὶ μυρί' ἐϝείδει.

1 sq.ᵃ = γ 404 sq. δ 306 sq. cf. θ 1 sq.
1 = Α 477
3-5 = δ 308 sqq.
3 sq. = υ 125 sq.
4 = Β 44
5ᵇ cf. τ 267 ω 371
6 cf. Β 50
7 sq. = Β 51 sq.
9 = Ω 790
10ᵃ cf. υ 146
10ᵇ = α 104
11 cf. Γ 143
11ᵃ = Β 745
11ᵇ cf. Σ 578
12 sq. = ρ 63 sq.

3. *ξίφοσ ὀξὺ 'θέτ' ὤμωι*] *μέγα βάλλετο φᾶροσ* (ut *B* 43) Y, ubi post vs. 4 repetitur *B* 45. || 4. Om. F[1]. || 5. *θαλάμοιο*] *μεγάροιο* M K. || 6-8. In schol. dicuntur magis apti esse Iliadis loco parallelo. || 11. *δύω κύνεσ*] *κύνεσ πόδασ* P (ut *Σ* 578). Cf. *ρ* 62 *υ* 145.

443. ἀώτωι] cf. I 661.

7. κάρη κομάοντασ] cf. B 11 et § 191.

9. Cf. X 203.

10. Iure regali *sceptrum* tenendi (cf. A 279) Telemachus, utpote iuvenis, nondum utitur (cf. α 386—401); sed verba facturo sceptrum mox (vs. 37 sq.) praebebit praeco. Cf. A 234—239. Itaque *hastatus* — ut ceteri cives — in publicum prodiit. Praeterea *gladio* munitus fuit, ut ea aetate omnes erant semper (cf. α 256). Item ρ 4, 62 υ 127, 145.

11. *Gemini custodes limine ab alto | procedunt gressumque canes comitantur herilem*, Verg. Aen. VIII 461. Item ρ 62 υ 145. Cf. ancillae binae Helenam vel Penelopen comitatae (Γ 143 α 331 al.).

13. 'θηέοντο] § 7, 17, 191, 249.

14. θώκωι] cf. Σ 504 et de vocabuli forma Θ 439.

15. Αἰγύπτιοσ] mirum inter cives Ithacenses nomen, licet *Aegypti* sive *Nili* in Odyssea frequens sit mentio. Quod nomen fortasse e fabula aliqua hodie ignota ductum est. Cf. Φοίνιξ herois Achivi nomen non minus insolitum ex Iliade cognitum.

16. ἔεν] § 302.

καὶ γὰρ τοῦ φίλοσ υἱὸσ ἅμ' ἀντιθέωι Ὀδυσῆϊ
Ϝίλιον εἶσ ἐΰπωλον ἔβη κοίλησ' ἐνὶ νηυσί,
Ἄντιφοσ αἰχμητήσ· τὸν δ' ἄγριοσ ἔκτανε Κύκλωψ
ἐν σπέεϊ γλαφυρῶι, πύματον δ' ὡπλίσσατο δόρπον. 20ᵃ = Hes. Theog. 297
τρεῖσ δέ ϝοι ἄλλοι ἔσαν, καὶ ὃ μὲν μνηστῆρσιν ὁμίλει,
Εὐρύνομοσ, δύο δ' αἰὲν ἔχον πατρώϊα ϝέργα·
ἀλλ' οὐδ' ὧσ τοῦ ἐλήθετ' ὀδυρόμενοσ καὶ ἀχεύων. 23ᵇ = Ι 612
τοῖ' ὅ γε δάκρυ χέων ἀγορήσατο καὶ μετέϝειπε· 24 = ω 425
„κέκλυτε δὴ νῦν μοι, Ἰθακήσιοι, ὅττι κε ϝείπω. 24ᵇ sq. = 160 sq. 228 sq. ω 453 sq.
οὔτε ποθ' ἡμετέρη ἀγορὴ 'γένετ' οὔτε θόωκοσ, 25ᵃ = ω 443
ἐξ οὗ Ὀδυσσεὺσ δῖοσ ἔβη κοίλησ' ἐνὶ νηυσί· 27 cf. σ 181
νῦν δὲ τίσ ὧδ' ἤγειρε; τίνα χρειὼ τόσον ἵκει
ἠὲ νέων ἀνδρῶν ἢ οἳ προγενέστεροί εἰσι;
ἠέ τιν' ἀγγελίην στρατοῦ ἔκλυεν ἐρχομένοιο, 30-32 cf. 42 sqq. 30 cf. Π 13 α 408
ἥν χ' ἡμῖν σάφα ϝείποι, ὅτε πρότερόσ γε πύθοιτο;
ἠέ τι δήμιον ἄλλο πιφαύσκεται ἠδ' ἀγορεύει;
ἐσθλόσ μοι δοκεῖ ἔμμεν', ὀνήμενοσ. εἴθε ϝοι αὐτῶι
Ζεὺσ ἀγαθὸν τελέσειεν, ὅ τι φρεσὶ ϝῇσι μενοινᾶι!“ [221 34ᵇ = ρ 355 cf. Ξ

19 sq. Ar. —; cf. comment. ad ρ 68. ‖ 20. *δόρπον*] *δεῖπνον* G. Cf. Δ 86. ‖ 22. *αἰὲν*] sic et *ἄλλοι* Ar. (cf. Α 520). ‖ 24. *τοῖ'(ο)*] *τοῖσ* G P². ‖ 25. *μοι* T] *μευ* Ω. Cf. § 92. ‖ 26. *οὔτε ποθ'* (*ποτε*) Ar. G] *οὐδέ ποθ'* F P. ‖ 28. *ἵκει*] *ἥκει* P¹ (cf. Ε 478).

17. καὶ γὰρ] ad ἦρχ' ἀγορεύειν (vs. 15) haec sunt referenda. De filio sollicitus senex omnium primus loquitur.

19 sq. Hi versus si genuini sunt, — cf. ρ 68, — testantur fabulam, quae est de Polyphemo, poetae auditoribus non minus bene quam nobis fuisse cognitam. Cf. Α 307.

20. σπέεϊ] § 71.

— πύματον] *ultimum* (*sextum*, cf. ι 344) *ex Ulixis sociis*. — Polyphemus e vulnere, quod Ulixes ei inflixit, *mortuus esse* neque h. l. neque alibi dicitur (cf. v. l. α 70). Haud invito igitur nostro poeta Vergilius finxit caecum Polyphemum ab Aenea esse adspectum (Aen. III 655 sqq.).

22. ϝέργα] *agros*; cf. Τ 131.

23. Filius quin dudum mortuus sit non dubitat senex.

24. τοῖ'(ο)] § 59.

26. θόωκοσ] cf. Θ 439.

28. χρηώ] § 190.

30. ἀγγελίην στρατοῦ . . . ἐρχομένοιο] *nuntium de venienti* aliquo *exercitu* hostili, de expeditione Ithacam iam iam invasura. Item vs. 42. Cf. Σ 220 et de verborum structura Τ 336 sq.

33. ἔμμεν'(αι)] § 125.

— ὀνήμενοσ] adiectivi loco usurpatur, ut ὀλόμενοσ (cf. § 21) et ἐπιστάμενοσ (cf. φ 406).

— αὐτῶι] opp.: „ut ipse nobis". Bonum (laetum nuntium) nobis affert: bonum utinam ipsi praebeat Iuppiter!

ὣσ 'φάτ', ἔχαιρε δὲ φήμηι 'Οδυσσῆοσ φίλοσ υἱόσ·
οὐδ' ἄρ' ἔτι δϝὴν ἧστο, 'μενοίνησεν δ' ἀγορεύειν.
'στῆ δὲ μέσηι ἀγορῆι· σκῆπτρον δέ ϝοι ἔμβαλε χειρὶ — 37ᵇ = σ 103
κήρυξ Πεισήνωρ, πεπνυμένα μήδεα ϝειδώσ. — 38 cf. Η 278
πρῶτον ἔπειτα γέροντα καθαπτόμενοσ προσέϝειπε· — 39 cf. ω 393
„ὦ γέρον, οὐ ϝεκὰσ οὗτοσ ἀνήρ, — τάχα ϝείσεαι αὐτόσ, — — 40ᵇ cf. Φ 292
ὃσ λαὸν ἤγειρα· μάλιστα δέ μ' ἄλγοσ ἱκάνει.
42 οὔτε τιν' ἀγγελίην στρατοῦ ἔκλυον ἐρχομένοιο, — 42 cf. 30
44 οὔτε τι δήμιον ἄλλο πιφαύσκομαι οὐδ' ἀγορεύω, — 44 cf. 32
ἀλλ' ἐμὸν αὐτοῦ χρῆοσ, ὅ μοι κακὸν ἔμπεσε ϝοίκωι, — — 45ᵃ cf. α 409 45ᵇ cf. ο 375
δοιά· τὸ μὲν πατέρ' ἐσθλὸν ἀπώλεσα, ὅσ ποτ' ἐν ὕμιν
τοισίνδ' ἐμβασίλευε, πατὴρ δ' ὣσ ἤπιοσ ἦεν, — 47ᵇ = 234 ε 12 cf. ο 152
νῦν δ' αὖ καὶ πολὺ μεῖζον, ὃ δὴ τάχα ϝοῖκον ἅπαντα
πάγχυ διαρραίσει, βίοτον δ' ἀπὸ πάμπαν ὀλέσσει.
μητέρι μοι μνηστῆρεσ ἐπέχραον οὐκ ἐθελούσηι,
τῶν ἀνδρῶν φίλοι υἷεσ, οἳ ἐνθαδε γ' εἰσὶν ἄριστοι·

43 ἣν χ' ὕμιν σάφα ϝείπω, ὅτε πρότερόσ γε πυθοίμην, — 43 cf. 31

37. χειρὶ] χερσὶ G P². Cf. Α 585. ‖ 40. τάχα] μάλα U. — ϝείσεαι Bentley] δ' εἴσεαι (item π 246). Cf. Ξ 110. ‖ 41. λαὸν] λαοὺσ Bentley. — ἤγειρα] -ρε(ν) Zen. P² T (cf. π 195 ρ 217). ‖ 42. ἔκλυον] ἤϊον Zen. (cf. l. a. α 352 sq.). ‖ 43. *Delevimus e versu 31 repetitum. Interpolantis manum prodit structura vitiosa (Nauck ἣν χ' ὕμιν ϝείποιμι). ‖ 45. κακὸν] sic Ar., κακὰ Aristoph. ‖ 47. τοισίνδ' ἐμβασίλευε Nauck] τοῖσδεσσιν βασίλευε Cf. § 97 et Β 572 ο 413. ‖ 51. Aristoph. addebat: ἄλλοι θ', οἳ νήσοισιν ἐπικρατέουσιν ἄριστοι, | Δουλιχίωι τε Σάμηι τε καὶ ὑλήεντι Ζακύνθωι (cf. α 245 sq.).

35. φήμηι] *voce bene ominata*. Item υ 100, 105. Cf. Herodot. IX 100 sq. Aesch. Prom. 486 Ar. Av. 720 et κληδών σ 117 υ 120. Cuiusmodi omina mittit Iuppiter πανομφαῖοσ (Θ 250). Creber apud nostrum, ut postea apud poetas tragicos, est verborum ἀμφιβόλων usus; cf. π 100 ρ 355, 397—401, 563, 601 σ 24, 117, 353, 366—380 τ 358, 585—587 φ 91 sq., 135, 153 sq., 402 sq.

37 sq. Cf. vs. 10 et Α 234—239.

41. ὅσ ... ἤγειρα] cf. Ω 520 sq.

42. ἀγγελίην στρατοῦ ... ἐρχομένοιο] cf. vs. 30.

43. ὕμιν] § 92.

45. χρῆοσ] § 190.

46. δοιά] adverbii loco (= διχθά) usurpatum censebat Ar.; sed potius se reprehendentis est dicendum: *malum, immo mala duo*.

48. καὶ πολὺ μεῖζον] quippe insuper additum. Non maius malum Telemachus ait bonis spoliari quam patrem amittere, sed hoc est quod dicit: malum esse patre carere, maius malum propterea etiam bonis exui. Nisi periisset pater, eius opibus inhiare eiusve uxorem in matrimonium sibi petere non potuissent principes.

50. μητέρι μοι] duplex dativus ut δ 771 (π 73?).

51. Cf. quae ad α 245—248 sunt annotata.

οἳ πατρὸσ μὲν ἐσ οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι
Ϝικαρίοι', — ὅσ κ' αὐτὸσ ἐϝεδνώσαιτο θύγατρα,
δοίη δ' ᾧι ἐθέλοι καί ϝοι κεχαρισμένοσ ἔλθοι, —
οἳ δ' εἰσ ἡμέτερον πωλεύμενοι ἤματα πάντα 55-59=ρ 534 sqq.
βοῦσ ἱερεύοντεσ καὶ ὄϊσ καὶ πίονασ αἶγασ
εἰλαπινάζουσιν πίνουσί τε αἴθοπα ϝοῖνον
μαψιδίωσ. τὰ δὲ πολλὰ κατάνεται· οὐ γὰρ ἔπ' ἀνὴρ
οἷοσ 'Οδυσσεὺσ ἦσκεν, ἀρὴν ἀπὸ ϝοίκου ἀμῦναι. 59ᵇ cf. Ω 489
ἧμεσ δ' οὔ νύ τι τοῖοι ἀμυνέμεν'· ἦ καὶ ἔπειτα 60ᵇ sq. cf. φ 131
λευγαλέοι τ' ἐσόμεσθα καὶ οὐ δεδαηκότεσ ἀλκήν!
ἦ κεν ἀμυναίμην, εἴ μοι δύναμίσ γε παρείη. 62 cf. Χ 20
οὐ γὰρ ἔτ' ἀνσχετὰ ϝέργα τετεύχαται, οὐδ' ἔτι καλὰ

52. ἐσ οἶκον] neglecto ϝ, Bekker ϝοῖκον. ‖ 53. ὅσ G F P¹ H] ὥσ P² M. ‖ 54. *ᾧι] ᾧι κ'. Cf. π 392 φ 162. — ἐθέλοι ... ἔλθοι P] -ηι ... -ηι G F. Cf. π 392 φ 162. ‖ 55. ἡμέτερον T U] -τέρου Ar. Ω (-τέρουσ G P²). Cf. η 301 ρ 534 h. Merc. 370 (δ 581). ‖ 62. κεν § 326] τ' ἄν. ‖ 63. καλὰ Heyne (ad Θ 400)] καλῶσ(†). Cf. Ζ 326 Ν 116.

52 sq. *Verentur redire ad aedes Icarii, sic enim fore ut hic filiam vendat proco ei qui maximum pretium obtulerit*; quod foret δικαίωσ μνάεσθαι (ξ 90 sq.). Id est: *verentur ne Icarius denuo sit adeundus, ut olim, cum virgo fuit Penelope.* Gratis videlicet quam praesentibus opibus reginam uxorem sibi parare malunt. *Infinitivus* perfecto ἔρριγα etiam Γ 353 sq. et Η 114 est adiunctus.

52. νέεσθαι] in fabulis Odyssea antiquioribus, in quibus Ulixes non per multos annos patria carebat, eidem viri, inter quos olim excellens Ulixes Penelopen in matrimonium acceperat, mulierem petere poterant quam olim petivissent puellam. Sed quoniam Odysseae poeta aliam temporum rationem instituit, *redeundi* verbum neglegentius nunc dictum videtur pro: *re illuc quo et alii olim eodem consilio ierunt.* Ceterum cf. Φ 48.

53. Ϝικαρίοι'(ο)] cf. α 329 et de eliso termino -οιο § 59.

— ἐϝεδνώσαιτο] *iusto pretio accepto vendat.* Verbum †, sed cf. ἐϝεδνωταί subst. verbale Ν 382 et de ἐϝέδνων vocis vi θ 318 sq. *Optativi* (ἐϝεδνώσαιτο, δοίη, ἐθέλοι, ἔλθοι) quae nunc sit vis optime apparet cum sic reddimus: εἰ γὰρ ... νεοίατο, ἐϝεδνώσαιτό κεν κτέ.

55. πωλεύμενοι] § 7 et 191.

60. ἧμεσ] § 92. *Se et matrem* et fortasse ministros iuvenis dicit; item vs. 77 sq. Cf. Ζ 414.

— τοῖοι ἀμυνέμεν'(αι)] *tales ut arcere possimus*, τοῖοι οἵ κεν ἀμύνοιμεν (cf. Η 231). Ut h. l. τοῖοσ infinitivum adsciscit, sic τοῖοσ οἷοσ φ 172 sq. h. Merc. 342, ποῖοσ φ 195, τηλίκοσ ρ 20, ὅσσοσ τε ε 484, οἷόσ τε τ 160 sq. φ 117 (ut apud posteros), in dictione attica etiam οἷοσ (Ar. Vesp. 970 al.). Cum ultimis locutionibus, in quibus omissum est *demonstrativum*, cf. ὡσ pro οὕτω ὥσ dictum ρ 251 σ 91. Praeterea cf. Ζ 463.

62. *Adsint modo vires, sat cito eos ulciscar!*

ϝοῖκοσ ἐμὸσ διόλωλε. νεμεσσήθητε καὶ αὐτοὶ
ἄλλουσ τ᾽ αἰδέσθητε περικτίονασ ἀνθρώπουσ,
οἳ περιναιετάουσι· θεῶν δ᾽ ὑποδέδϝιτε μῆνιν,
μή τι μεταστρέψωσιν ἀγασσάμενοι κακὰ ϝέργα.
λίσσομαι ἠμὲν Ζηνὸσ Ὀλυμπίου ἠδὲ Θέμιστοσ,
ἥ τ᾽ ἀνδρῶν ἀγορὰσ ἠμὲν λύει ἠδὲ καθίζει·
σχέσθε, φίλοι, καί μ᾽ οἶον ἐάσατε πένθεϊ λυγρῶι — 70 cf. X 416
τείρεσθ᾽, — εἰ μή πού τι πατὴρ ἐμόσ, ἐσθλὸσ Ὀδυσσεύσ,
δυσμενέων κάκ᾽ ἔρεξεν ἐϋκνήμιδασ Ἀχαιούσ,
τῶν μ᾽ ἀποτινύμενοι κακὰ ῥέζετε δυσμενέοντεσ, — 73[b] = υ 314
τούτουσ ὀτρύνοντεσ. ἐμοὶ δέ κε κέρδιον εἴη — 74[b] = Z 410
ὑμέασ ἐσθέμεναι κειμήλιά τε πρόβασίν τε.
εἴ γε φάγοιθ᾽ ὖμεσ, τάχα κέν ποτε καὶ τίσισ εἴη,
τόφρα γὰρ ἂν κατὰ ϝάστυ ποτιπτυσσοίμεθα μύθωι
χρήματ᾽ ἀπαιτίζοντεσ, ἕωσ κ᾽ ἀπὸ πάντα δοθείη·
νῦν δέ μοι ἀπρήκτουσ ὀδύνασ ἐμβάλλετε θυμῶι."
ὣσ ᾽φάτο χωόμενοσ, ποτὶ δὲ σκῆπτρον ᾽βάλε γαίηι — 80[b] = A 245
δάκρυ᾽ ἀναπρήσασ· οἶκτοσ δ᾽ ἕλε λαὸν ἅπαντα. — 81[a] = I 433
ἔνθ᾽ ἄλλοι μὲν πάντεσ ἀκὴν ἔσαν, οὐδέ τισ ἔτλη — 82 cf. δ 285

---

66. *ὑποδέδϝιτε] ὑποδείσατε. Cf. E 521 Y 366. ‖ 70. καί] sic Ar., μή Aristoph. ‖ 72. ἔρεξεν] ἄν. -ζεν Ar. ‖ 76. *εἴ γε φάγοιθ᾽ ὖμεσ, τάχα κεν] εἴ χ᾽ ὑμεῖσ γε φάγοιτε, τάχ᾽ (τάχα δ᾽ F[1]) ἄν. Molestum est εἴ κε, novicium τάχ᾽ ἄν. Cf. § 326 et N 676 η 815 ϑ 280. ‖ 77 sq. τόφρα γὰρ ἂν κατὰ et ἀπαιτίζοντεσ ἕωσ] *τῆοσ γάρ κ᾽ ἀνὰ et -ζονθ᾽ ἦοσ (Telemachus et Penelope)? Cf. § 326 et 323[3]. Versum 78 vHerwerden del. ‖ 78. χρήματ᾽(α)] κτήματ᾽ l. a. ant. ‖ 81. δάκρυ᾽ ἀναπρήσασ] δάκρυα θερμὰ χέων Zen.; cf. I 433.

---

67. μεταστρέψωσιν] cf. O 203.

68. Ζηνὸσ] omittitur praepositio (ὑπέρ O 660 X 338 Ω 466); cf. X 345. Iovem invocat ut ἑρκειον (cf. Λ 774).

69. Cf. Y 4.

70. σχέσθε] *abstinete, desinite* (*procos incitare*); cf. vs. 74 et X 416–418. Dicuntur haec ad populum, certe ad γέροντασ.

— οἶον] *sine convivarum molestorum caterva quotidiana.*

71. εἰ μή πού τι] item Ξ 373. Verba: *nisi forte . . . fecit* id quod: *num quid . . . fecit?* valent.

74. τούτουσ] *procos*, praesertim duodecim illos *Ithacenses*, quorum patres (Aegyptius, Eupithes, alii), fratres, ceteri necessarii inter cives assident, magnam coetus partem efficientes.

75. ὑμέασ] *ipsos vos.* Si spoliare nos vultis, quin igitur ipsi nostra nobis eripitis potius quam istorum utimini ministerio? — Conferantur Hectoris verba Σ 300–302.

— κειμήλιά τε πρόβασίν τε] *et opes et proventum* (agrorum et vinearum et pecorum).

77 sq. De plurali numero cf. vs. 60.

80. ποτὶ . . . σκῆπτρον ᾽βάλε γαίηι] ut Achilles iratus A 245.

Τηλέμαχον μύθοισιν ἀμείψασθαι χαλεποῖσι·
Ἀντίνοοσ δέ μιν οἶοσ ἀμειβόμενοσ προσέϝειπε· [χ 44 — 84 cf. δ 286 ϑ 235
„Τηλέμαχ᾽ ὑψαγόρη, μένοσ ἄσχετε, ποῖον ἔϝειπεσ — 85 = ρ 406 cf. β 303
ἡμέασ αἰσχύνων; ἐθέλοισ δέ κε μῶμον ἀνάψαι.
σοὶ δ᾽ οὔ τι μνηστῆρεσ Ἀχαιῶν αἴτιοί εἰσι,
ἀλλὰ φίλη μήτηρ, ἣ τοι περὶ κέρδεα ϝοῖδε.
ἤδη γὰρ τρίτον ἐστὶ ϝέτοσ, τάχα δ᾽ εἶσι τέταρτον,
ἐξ οὗ ἀτέμβει θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν Ἀχαιῶν. — 90 cf. Ι 8
πάντασ μὲν ϝέλπει καὶ ὑπίσχεται ἀνδρὶ ϝεκάστωι — 91 sq. = ν 380 sq.
ἀγγελίασ προϊεῖσα, νόοσ δέ ϝοι ἄλλα μενοινᾶι. — 92ᵇ cf. σ 283
ἣ δὲ δόλον τόνδ᾽ ἄλλον ἐνὶ φρεσὶ ᾽μερμήριξε· — 93 cf. ω 128
στησαμένη μέγαν ἱστὸν ἐνὶ μεγάροισιν ὕφαινε, — 94-110 = ω 129 [sqq.
λεπτὸν καὶ περίμετρον, ἄφαρ δ᾽ ἥμιν μετέϝειπε· — 94 sq. cf. τ 139 sq.
‚κοῦροι, ἐμοὶ μνηστῆρεσ, ἐπεὶ ᾽θάνε δῖοσ Ὀδυσσεύσ, — 96-102 = τ 141; 96ᵇ = α 396 [sqq.
μίμνετ᾽ ἐπειγόμενοί περ ἐμὸν γάμον, εἰσ ὅ κε φᾶροσ
ἐκτελέσω, μή μοι μεταμώνια νήματ᾽ ὄληται,
Λαέρτηι ἥρωϊ ταφήϊον, εἰσ ὅτε κέν μιν
μοῖρ᾽ ὀλοὴ καθέληισι τανηλεγέοσ θανάτοιο· — 100 = γ 238; 100ᵇ = Θ 70
μή τίσ μοι κατὰ δῆμον Ἀχαιιάδων νεμεσήσηι,
αἴ κεν ἄτερ σπείρου κέεται πολλὰ κτεατίσσασ.‘
ὥσ ἔφαθ᾽, ἥμιν δ᾽ αὖτ᾽ ἐπεπείθετο θυμὸσ ἀγήνωρ. — [sqq. 103-106 cf. τ 148; 103 = κ 466 μ 28
ἔνθα καὶ ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκεν μέγαν ἱστόν, — cf. κ 406, 475, 550 h. Merc. 132

87. Ἀχαιῶν] ἀχέων F D¹ T, „γρ. καὶ ἀχέων, ἤγουν τῶν θλίψεων. ἡ ὀξεῖα παρὰ τῶι ποιητῆι …κτείνει"(!) M (cf. ν 295). ‖ 91. μὲν N T] μέν ῥ᾽ Ω. ‖ 93—110. Del. Hermann ut ex τ …esumtos. ‖ 97. *περ] τὸν Ω (item τ 142). Cf. Α 185. ‖ 98. μεταμώνια G] -λια F (cf. … 363). ‖ 102. κέεται § 169] κεῖται.

86. μῶμον ἀνάψαι] sic transferuntur …tiam ἐξανάψαι (Eur. Or. 829), προσ…ψαι (Eur. Herc. 831 al.), περιάψαι …Ar. Ach. 640 Plut. 590 Plat. Apol. …5 a al.), ἀναθεῖναι (X 100 Thuc. VIII …1 § 2 Plat. Conv. 198e), περιθεῖναι …Thuc. VI 89 § 2), προσθεῖναι (Ar. Pac. …40 al.). Cf. etiam τ 92 et Ε 492.

89. *Tertius est annus, mox quartus* …εἶσι *sive venturus est* (ut τ 571). Quar…um iam appropinquant kalendae Ia…nuariae, ex quo illa coepit primores …despicatui habere. Nunc ad finem tendit annus (cf. ε 467 sq.). — Post sextum annum exactum quam Achivi Troia expugnata in patriam redierunt, cum satis certum visum esset Ithacensibus Ulixem mortem obiisse, primores coeperunt reginam urgere, unum ex ipsorum numero maritum sibi eligere eam iubentes (cf. λ 184). Sed callido dolo Penelope procos per triennium etiam detinuit. *Triennii* huius etiam τ 151 sq. et ν 377 fit mentio.

93—110. Cf. τ 138—156.

νύκτασ δ' ἀλλύεσκεν, ἐπεὶ δαΐδασ παραθεῖτο.
ὣσ τρίϝετεσ μὲν ἔληθε δόλωι καὶ ἔπειθεν Ἀχαιούσ·
ἀλλ' ὅτε τέτρατον ἦλθε ϝέτοσ καὶ ἐπήλυθον ὧραι, 107 = τ 152 107ᵇ = λ 295 h. Ap. 350
καὶ τότε δή τισ ἔϝειπε γυναικῶν, ἣ σάφ' ἐϝείδει,
καὶ τήν γ' ἀλλύουσαν ἐφηύρομεν ἀγλαὸν ἱστόν.
ὣσ τὸ μὲν ἐξετέλεσσε καὶ οὐκ ἐθέλουσ', ὑπ' ἀνάγκησ. 110 cf. τ 156
σοὶ δ' ὧδε μνηστῆρεσ ὑποκρίνονθ', ἵνα ϝείδηισ
αὐτὸσ σῶι θυμῶι, ϝείδωσι δὲ πάντεσ Ἀχαιοί·
μητέρα σὴν ἀπόπεμψον, ἄνωχθι δέ μιν γαμέεσθαι
τῶι ὅτεώι τε πατὴρ κέλεται καὶ ϝανδάνει αὐτῆι.
εἰ δ' ἔτ' ἀνιήσει γε πολὺν χρόνον υἷασ Ἀχαιῶν,
τὰ φρονέουσ' ἀνὰ θυμόν, ἅ ϝοι περὶ 'δῶκεν Ἀθήνη,
ϝέργα τ' ἐπίστασθαι περικαλλέα καὶ φρένασ ἐσθλὰσ 117 = η 111
κέρδεά θ', οἷ' οὔ πώ τιν' ἀκούομεν οὐδὲ παλαιῶν
τάων αἳ πάροσ ἦσαν ἐϋπλοκαμῖδεσ Ἀχαιαί,
Τυρώ τ' Ἀλκμήνη τε ἐϋστέφανόσ τε Μυκήνη, ...
τάων οὔ τισ ὁμοῖα νοήματα Πηνελοπείηι
'ϝείδε'· ἀτὰρ μὲν τοῦτό γ' ἐναίσιμον οὐκ ἐνόησε. 122 cf. η 299
τόφρα γὰρ οὖν βίοτόν τε τεὸν καὶ κτήματ' ἔδονται,
ὄφρα κε κείνη τοῦτον ἔχηι νόον, ὅν τινά ϝοι νῦν
ἐν στήθεσσι τιθεῖσι θεοί· μέγα μὲν κλέοσ αὐτῆι
ποιέετ', αὐτὰρ σοί γε ποθὴν πολέοσ βιότοιο.
ἧμεσ δ' οὔτ' ἐπὶ ϝέργα πάροσ γ' ἴμεν οὔτε πηι ἄλληι, 127 = σ 288

105. *νύκτασ*] l. a. *νύκτωρ*. — *ἐπεὶ* § 326] *ἐπήν*. Cf. Ω 227. ‖ 106 sq. *τρίϝετεσ ... τέτρατον*] *δίετεσ ... δὴ τρίτον* olim quidam, sic cum vs. 89 haec melius conciliare se rati sine iusta causa. Cf. Z 319. ‖ 107. In E U W additur: *μηνῶν φθινόντων, περὶ δ' ἤματα πόλλ' ἐτελέσθη*. Cf. κ 470 τ 153 ω 143. ‖ 108. *ἣ σάφ' ἐϝείδει*] *θηλυτεράων* G (ut λ 386 ψ 166). ‖ 111. *ὑποκρίνονθ'* (-νται) *ἵνα* G P[1]] -νται *ἵν'*. ‖ 116. *ἀνὰ θυμόν*] *ἐνὶ θυμῶι* T. ‖ 120. *ἐϋστέφανοσ* F] *ἐϋπλόκαμοσ* G P (ex vs. 119). ‖ 123. *βίοτόν τε τεὸν*] -*τόσ τε τεὸσ* Aristoph. (?). ‖ 125. *αὐτῆι* H[2] M] -*τῆσ* G F P, *αὐτῆσ* Ptolemaeus Asc. (apud Apoll. Pron. 101). ‖ 126. *ποθὴν*] *ποθὴ* G[1] Apoll. Pron. 101 (cf. ibid. 102 Synt. 142).

114. ϝανδάνει] verbum ad *homines* refertur etiam ε 153 π 398 ρ 173.

115. ἀνιήσει] futurum minantis. Cf. A 61.

116. *Ea ingenii sollertia usa quam dedit ei Minerva.*

118. ἀκούομεν] cf. Ξ 125.

— παλαιῶν] § 56.

120. ἐϋστέφανοσ] cf. Σ 597.

121. ὁμοῖα νοήματα Πηνελοπείηι] cf. P 51.

122. 'ϝείδε'(ε)] § 160.

126. ποιέετ'(αι)] § 191.

127. ἧμεσ] § 92.

— ἐπὶ ϝέργα] *ad agros nostros colendos.* Cf. T 131.

πρίν γ' αὐτὴν γήμασθαι Ἀχαιῶν ὧι κ' ἐθέλῃσι." 128 cf. σ 289
τὸν δ' αὖ Τηλέμαχοσ πεπνυμένοσ ἀντίον ηὔδα·
„Ἀντίνο', οὔ πωσ ἔστι δόμων ἀϝέκουσαν ἀπῶσαι
ἥ μ' ἔτεχ', ἥ μ' ἔθρεψε· πατὴρ δ' ἐμὸσ ἄλλοθι γαίησ — 131[b] cf. ϱ 318
ζώει ὅ γ' ἦ τέθνηκε; κακὸν δέ με πόλλ' ἀποτίνειν 132[a] = δ 837 λ 464 cf. δ 110
Ϝικαρίωι, αἴ κ' αὐτὸσ ἐγὼν ἀπὸ μητέρα πέμψω.
ἐκ γὰρ τοῦ πατρὸσ κακὰ πείσομαι, ἄλλα δὲ δαίμων
δώσει, ἐπεὶ μήτηρ στυγερὰσ ἀρήσετ' Ἐρινῦσ
ϝοίκου ἀπερχομένη· νέμεσισ δέ μοι ἐξ ἀνθρώπων
ἔσσεται. ὣσ οὐ τοῦτον ἐγώ ποτε μῦθον ἐνίψω.
ὑμέτεροσ δ' εἰ μὲν θυμὸσ νεμεσίζεται αὐτῶν,
ἔξιτέ μοι μεγάρων, ἄλλασ δ' ἀλεγύνετε δαῖτασ, 139 cf. α 374
ὑμὰ κτήματ' ἔδοντεσ, ἀμειβόμενοι κατὰ ϝοίκουσ. 140-145 = α 375 sqq.
εἰ δ' ὔμιν δοκέει τόδε λωΐτερον καὶ ἄμεινον
ἔμμεναι, ἀνδρὸσ ἑνὸσ βίοτον νήποινον ὀλέσσαι,
κείρετ'! ἐγὼ δὲ θεοὺσ ἐπιβώσομαι αἰὲν ἐόντασ,
αἴ κέ ποθι Ζεὺσ δῶισι πάλιν τιτὰ ϝέργα γενέσθαι. 144 cf. ϱ 51, 60
νήποινοί κεν ἔπειτα δόμων ἔντοσθεν ὄλοισθε."
ὣσ 'φάτο Τηλέμαχοσ· τῶι δ' αἰετὼ εὐρύϝοπα Ζεὺσ

132 sq. Cf. comment. ‖ 133. *ἐγὼν* G M] *ἑκὼν* F P H (cf. δ 649). ‖ 137. Ar. — ‖ 142. *ὀλέ(σ)σαι* F M] *ὀλέσθαι*. ‖ 144. *ποθι*] *ποτε* G H U, *αἴ κε Ζεὺσ δώῃσι* Laur. 32, 30 et ed. pr. probabiliter. Cf. § 122 et *Α* 129. ‖ 146. *τῶι*] *τὼ* Herodianus.

128. *Prius quam ipsa abierit in novi mariti aedes.*

132[b] sq. *Si matrem ex aedibus abigam, damnum id resarcire debebo eius patri Icario magnas opes pendendo,* reddere enim ei debebo quae olim filiae suae ὤπασεν. — Hic si versuum horum est sensus, iure eos damnasse videtur Duentzer (solum vs. 133 Nitzsch, vs. 131—133 Naber). Nam vendebantur puellae aevo Homerico, non dotem afferebant maritis. Cf. ϱ 318 sq. et nota crit. ad X 51. Praepositio γάρ vs. 134 non versus 132 sq. sed 130 sq. spectat.

134—137. *Nam et pater ille* (Ulixes, quem modo commemoravi) *male me mulcabit*, si redux audierit me eius uxorem, meam ipsius matrem, ex aedibus expulisse, *et ipsa mater in me incitabit Furias* pietatis vindices. Cf. I 454.

137. ἐνίψω] *dicturus sum*. Cf. H 447.

138. *Vos autem si improbatis hocce meum consilium matrem domi meae servandi et liberam optionem ei permittendi.* — Telemachus inter se opponit νέμεσιν cunctorum hominum, qui se sint vituperaturi si matrem foras pellat, et ipsorum procorum nunc sibi succensentium.

143. ἐπιβώσομαι] § 192.

144. πάλιν τιτὰ ϝέργα] cf. Δ 357 et Ω 213.

145. νήποινοι] iocus acerbus; nam ad νήποινον vs. 142 respicitur.

ὑψόθεν ἐκ κορυφῆσ ὄρεοσ προέηκε πέτεσθαι. 147ᵃ cf. χ 298
τῆοσ μέν ῥ' ἐπέτοντο μετὰ πνοιῆισ' ἀνέμοιο, 148ᵇ = Ψ 367
πλησίω ἀλλήλοισι τιταινομένω πτερύγεσσι·
ἀλλ' ὅτε δὴ μέσσην ἀγορὴν πολύφημον ἱκέσθην,
ἔνθ' ἐπιδινηθέντε 'τιναξάσθην πτερὰ πυκνά,
πάντων δ' εἰσϝιδέτην κεφαλάσ, ὤσσοντο δ' ὄλεθρον·
δρυψαμένω δ' ὀνύχεσσι παρηιὰσ ἀμφί τε δειρὰσ
δεξιὼ ἤϊξαν διὰ ϝοικία καὶ πόλιν αὐτῶν.
'θάμβησαν δ' ὄρνιθασ ἐπεὶ 'ϝίδον ὀφθαλμοῖσι, 155 cf. γ 373
ὥρμηναν δ' ἀνὰ θυμὸν ἅ περ τελέεσθαι ἔμελλον. 156ᵃ cf. Φ 137
τοῖσι δὲ καὶ μετέϝειπε γέρων ἥρωσ Ἁλιθέρσησ 157 sq.ᵃ = ω 451 sq.
Μαστορίδησ, — ὃ γὰρ οἶοσ ὁμηλικίην ἐκέκαστο 158ᵇ cf. Ν 431
ὄρνιθασ γνῶναι καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι, — [ω 453 sq.
ὅ σφιν ἐῢ φρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέϝειπε· 160 sq. = 228 sq. 160ᵇ sq. = 24 sq.
„κέκλυτε δὴ νῦν μοι, Ἰθακήσιοι, ὅττι κε ϝείπω·
μνηστῆρσιν δὲ μάλιστα πιφαυσκόμενοσ τάδε ϝείρω.
τοῖσιν γὰρ μέγα πῆμα κυλίνδεται· οὐ γὰρ Ὀδυσσεὺσ
δρϝὴν ἀπάνευθε φίλων ϝῶν ἔσσεται, ἀλλά ποθ' ἤδη

147. πέτεσθαι] φέρεσθαι G (cf. Ο 743). || 148. Om. P¹. — *τῆοσ] τὼ δ' ἕωσ. Cf. § 323 et Μ 141. || 149. πλησίω] -ον F. Cf. Ζ 54. || 151. 'τιναξάσθην] -ξέσθην G P M. — πυκνά] πολλά G¹ P. || 152. *πάντων δ' εἰσϝιδέτην] εἰσ δ' ἰδέτην πάντων. — ὤσσοντο] Rhianus ἴσσατο (? ὄσσαντο Porson, ὄσσωντο Ludwich; an εἴσαντο?). || 154. ϝοικία Bentley] τ' οἰκία. — αὐτῶν] οὕτωσ Aristoph. (? αὔτωσ la Roche). || 156. ὥρμηναν] ὥρμαινον F. — ἔμελλον Ar.] -λλεν G F P. || 159. ὄρνιθασ γνῶναι] *γνώμεναι ὄρνιθασ (coll. Β 349 Φ 266, 609 α 411 et § 125)? || 161. δή] om. G F¹. — μοι] μευ Ω. Cf. § 92.

148. ἐπέτοντο μετὰ πνοιῆισ' ἀνέμοιο] idem Ο 26 dicitur ξὺν ἀνέμωι, Bacchyl. V 28 σὺν Ζεφύρου πνοαῖσιν, et sine praepositione πνοιῆισ' ἀνέμοιο Μ 207. *Alis passis vento ferri se sinebant.* Item Ψ 367. Nos: *met den wind mee.* Aliena hinc est locutio ἅμα πν. ἀ. sive *tam celeriter quam ventus,* Π 149 Τ 415 Ω 342 α 98 = θείειν ἀνέμοισιν ὁμοῖον Κ 437 et similia.

151—153. Tunc non amplius ventum sequebantur, sed supra forum et civium capita gyros ducebant aliquantisper, alter alterum vellicantes.

151. 'τιναξάσθην] *in capita civium decutiebant* (alteri ab altero evulsa).

152. *Et cunctos vultu torvo atque male ominato intuebantur, cunctis perniciem portendebant.* Cf. Α 105.

153. παρηιὰσ] cf. Δ 142.

154. διὰ] per aërem videlicet, *per* (= *supra*) *mediam urbem et ipsa civium in foro congregatorum capita* (haec pronominis αὐτῶν est vis).

156. *Et quid futurum esset anxia mente expectabant.*

158. ὁμηλικίην] cf. Γ 175.

164. ποθ'(ι)] § 322.

ἐγγὺσ ἐὼν τοισίνδε φόνον καὶ κῆρα φυτεύει 165ᵇ cf. ϱ 82
πάντεσσιν, πολέσιν δὲ καὶ ἄλλοισιν κακὸν ἔσται,
οἳ νεμόμεσθ' Ἰθάκην ἐὐδήελον. ἀλλὰ πολὺ πρὶν
φραζώμεσθ', ὥσ κεν καταπαύσομεν· οἳ δὲ καὶ αὐτοὶ
πανέσθων, καὶ γάρ σφιν ἄφαρ τόδε λώϊόν ἐστι.
οὐ γὰρ ἀπείρητοσ μαντεύσομαι, ἀλλ' ἐῢ ϝειδώσ·
καὶ γάρ κείνωι φημὶ τελευτηθήμεν' ἅπαντα,
ὥσ ϝοι ἐμυθεόμην ὅτε Ϝίλιον εἰσ ἀνέβαινον 172ᵇ = σ 252 τ 125
Ἀργεῖοι, μετὰ δέ σφιν ἔβη πολύμητισ Ὀδυσσεύσ. 173 cf. σ 253 τ 126
'φῆν κακὰ πολλὰ παθόντ', ὀλέσαντ' ἄπο πάντασ ἑταίρουσ, 174ᵇ cf. ι 534 λ 114 μ 141 ν 340
ἄγνωτον πάντεσσιν ἐϝεικοστῶι ἐνιαυτῶι
ϝοίκαδ' ἐλεύσεσθαι· τάδε δὴ νῦν πάντα τελεῖται."
τὸν δ' αὖτ' Εὐρύμαχοσ Πολύβου πάϊσ ἀντίον ηὔδα·
„ὦ γέρον, εἶ δ' ἄγε δή, μαντεύεο σοῖσι τέκεσσι
ϝοίκαδ' ἰών, μή πού τι κακὸν πάσχωσιν ὀπίσσω·
ταῦτα δ' ἐγὼ σέο πολλὸν ἀμείνων μαντεύεσθαι.
ὄρνιθεσ δέ τε πολλοὶ ὑπ' αὐγὰσ ἠελίοιο
φοιτῶσ', οὐδέ τε πάντεσ ἐναίσιμοι· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺσ

165. *τοισίνδε (τοῖσι δὲ)* T] *τοῖσδε(σ)σι* Ω. Cf. § 97. || 168. *οἳ δὲ* schol. β 241 et l. a. in M] *ἠδὲ*. || 170. *ἀπείρητοσ*] *-ρήτωσ* P. — *μαντεύσομαι*] *μαντεύομαι* „meliores" in schol. (cf. B 436). || 171. *κείνωι* U] *ἐκείνωι* Ω. Cf. § 97. || 175. *ἄγνωτον* Nauck] *-στον* Ω, item ν 191, 397. Cf. *γνωτόσ* H 401 N 72 O 490 β 366, *ἀλλόγνωτοσ* β 366, *ἄκλαυ(σ)τοσ* X 386 al. || 178. *εἶ δ'(ἐ)*] cf. A 302. || 180. *ἀμείνων*] *-νω* l. a. in H (cf. A 80). || 182. *φοιτῶσ'(ι)*] sic Ar., alii olim *πωτῶντ'* (cf. § 216). — *τε*] sic Ar., *τι* P.

165. ἐγγὺσ ἐὼν] Ulixes procul a patria etiam moratur in insula ὅθι τ' ὀμφαλόσ ἐστι θαλάσσησ (α 50). Sed Halitherses res futuras mentis oculis nunc videt veluti praesentes, ut Theoclymenus υ 350–357. Item mox vs. 176 δὴ νῦν τελεῖται dicit de rebus proximis sane, — id quod carminis decursus docebit, — ita tamen proximis ut haud ita paucorum dierum intervallum etiam intercessurum sit. Cf. Θ 246.

— κῆρα φυτεύει] cf. Σ 367.

166. Cf. vs. 239 sq. et ω 520–527.

167. εὐδήελον] cf. E 2.

169. ἄφαρ] cf. N 814.

Ζηνόσ που τοιήδε 'Ολυμπίου ἔνδοθεν αὐλή,

---

61. δείπνου] δόρπου Bentley, quae saepius permutata sunt vocabula (Δ 86 al.); cf. tamen comment. — πασσαμένω G] πανσαμένω F H. — εἰρησόμεθ'(α)] μυθήσετον P (-σεσθ'? cf. α 124). || 62. *οὐ γάρ τοι σφῶΐν γε] ἀνδρῶν, οὐ γὰρ σφῶιν γε Ω. Propter σφῶιν monosyllabum (cf. § 92) versus 62-64 Zen. Aristoph. Ar. —— || 65. παρὰ πίον' ἔθηκε] παρέθηκεν ἀείρασ Suidas (ut vs. 57). || 70. πευθοίαθ' οἱ] sic Zen., πευθοίατο Ar. omisso articulo, nisi per errorem sic refertur; nam etiamsi articulum *non* omiserit Aristarchus, ἐκ πλήρουσ tamen more suo scripsit πευθοίατο (cf. § 13). || 71. Νεστορίδη, τῶι ἐμῶι] *Νέστοροσ υἱέ, ἐμοί? Cf. Δ 608. || 72. τ' ἀστεροπὴν] τε στεροπὴν Ω. Cf. Κ 154. — κατὰ schol. Ω 323] καὶ Ω. Cf. σ 355 et v. l. Π 106 Ψ 750 δ 391. || 74. τοιήδε Nauck] τοιήδε γ'. — τοιήδε 'Ολυμπίου ἔνδοθεν αὐλή] τοιαῦτα δόμοισ ἐν κτήματα κεῖται Seleucus apud Athen. 188 *f* (cf. vs. 127).

---

61. δείπνου] hospites, qui per totum diem iter fecerunt (γ fin.), nondum cenarunt. Nunc autem est vespera (cf. γ 497), ipse igitur Menelaus et convivae δορπεῖν potius sunt dicendi et mox dicuntur (vs. 194 et 213). Minime neglegitur nunc vocum δείπνου et δόρπου discrimen (cf. Λ 86).

62. οὐ . . . ἀπόλωλε] *non periit = non in oblivionem abiit, sed vivit in hominum mente memoria servatum.* Patres vestros reges esse, mihi igitur haud ignotos, persuasissimum habeo.

64. σκηπτοόχων] -ούχων Ω. De vocis vi cf. Α 279.

65 sq. Cf. Η 321 sq.

72—74. Parietes laminis aereis, argenteis, aureis, eburneis ornatos poeta cogitat, quales tum quoque cogitavit cum Alcinoi aedes verbis pinxit (η 86 sq.). Sic Minervae Chalcioeci aedes Spartae structa parietes laminis aereis obductos habuit, quarum laminarum fragmenta quaedam nuper sunt effossa. Cf. etiam Danaae „turris ahenea", et fortasse κ 4 hic est laudandus.

72. ϝηχήεντα] *laetis* multorum *vocibus* ceteroque cenae frequentis strepitu *resonantia.*

73. ἠλέκτρου] *aurum pallidum,* cui tertia fere argenti pars erat admixta, ἤλεκτροσ dicebatur. *Sucinum* vox (-τρον?) valet ο 460 σ 296.

74. Ζηνόσ . . . αὐλή] veluti in proverbium igitur *Iovis aula* abiit. Quo

ὅσσα τάδ' ἄσπετα πολλά· σέβασ μ' ἔχει εἰσοράοντα."
τοῦ δ' ἀγορεύοντοσ ξύνετο ξανθὸσ Μενέλαοσ
καί σφασ φωνήσασ ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα·
„τέκνα φίλ', ἦ τοι Ζηνὶ βροτῶν οὔ κέν τισ ἐρίζοι·
ἀθάνατοι γὰρ τοῦ γε δόμοι καὶ κτήματ' ἔασι.
ἀνδρῶν δ' ἤ κέν τίσ μοι ἐρίσσεται ἠὲ καὶ οὐκὶ
κτήμασιν. ἦ γὰρ πολλὰ παθὼν καὶ πόλλ' ἐπαληθεὶσ 81^{b} = ο 176 cf. ο 401
ἠγαγόμην ἐν νηυσί, καὶ ὀγδοάτωι ϝέτε' ἦλθον,
Κύπρον Φοινίκην τε καὶ Αἰγυπτίουσ ἐπαληθείσ,
Αἰθίοπάσ θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίουσ καὶ Ἐρεμβοὺσ
καὶ Λιβύην, ἵνα ϝάρνεσ ἄφαρ κεραοὶ τελέθουσι·
τρὶσ γὰρ τίκτει μῆλα τελεσφόρον εἰσ ἐνιαυτόν. 86^{b} = Τ 32

75. Om. P. || 83. ἐπαληθείσ] ἐπ' ἀληθεῖσ (= μαντικῆσ ἐμπείρουσ!) quidam olim. || 84—89. Del. Fick, unum vs. 84 vHerwerden. || 84. καὶ Ἐρεμβοὺσ] sic Ar., καὶ Ἐρεμνοὺσ Crates, Ἄραβάσ τε Zeno, καὶ Ἀραμβοὺσ Posidonius (καὶ Ἀραβοὺσ habet P). Cf. Strab 37, 41, 299, 784. || 85. ἵνα Heyne] ἵνα τ'. || 86. Post vs. 89 collocat Bekker. — τρὶσ] δὶσ l. a. in schol. merito reiecta; cf. comment.

qui utebatur, Iovis non cogitabat *aedem* quam pinxit Homerus caelestem, — non enim id significabat vox αὐλή in dictione epica (ut postea apud tragicos: Aesch. Prom. 122 Eur. Hipp. 68), — sed *chortem apertam*, quemadmodum in terra et ceteri di *locos apertos* sibi sacros habebant (cf. Α 39 Ζ 93) et Iuppiter ἑρκεῖοσ in ipsa *aula* aedium privatarum colebatur (cf. Λ 774).

75. εἰσοράοντα] § 191.

77. σφασ] § 92.

78. οὔ κεν] § 326.

80. κεν ... ἐρίσσεται] *aemuletur per me licet*, nam scio me haud facile superatum iri.

82. ἠγαγόμην] mente supplendum est obiectum κτήματα e voce κτήμασι vs. 81 desumtum.

— ὀγδοάτωι ϝέτε'(ï)] ante *biennium* igitur Menelaus rediit. Cf. γ 311 et de eliso -ι § 71.

83. Αἰγυπτίουσ] § 28.

84. Ἐρεμβοὺσ] nomen aliunde non cognitum. Similia sunt, quae poeta fortasse in mente habuit, *Aramaeorum* et *Arabum* nomina.

85. ἵνα ϝ. ἄ. κ. τελέθουσι] *ubi agni cornuti nascuntur*. Cf. Herodot. IV 29 Aristot. H. Anim. VIII 28.

86. In brevius contractus sermo; nam hoc est quod dicit poeta: *in illa regione agni inde ab ipsis natalibus cornua gerunt*; <*nempe citius illic quam apud nos crescunt omnia*,> *nam ter quotannis oves ibi pariunt*. Id quod incredibilis sane est fecunditatis, quoniam oves per quinque fere menses uterum gerunt. Ergo de re, quae non nisi rarissime — neque unquam per duos annos deinceps — accidere potuit, poeta ita loquitur quasi in longinquis illis regionibus sit pervulgata et sollemnis. Cf. fabulae quae sunt de *perpetua luce* Laestrygonum, de *perpetua nocte* Cimmeriorum (ad κ 84—86).

ἔνθα μὲν οὔτε ϝάναξ ἐπιδευὴσ οὔτε τι ποιμὴν
τυροῦ καὶ κρεάων οὐδὲ γλυκεροῖο γάλακτοσ,
ἀλλ' αἰεὶ παρέχουσιν ἐπηετανὸν γάλα θῆσθαι.
ἧοσ ἐγὼ περὶ κεῖνα πολὺν βίοτον ξυναγείρων
ἠλαόμην, τῆόσ μοι ἀδελφεὸν ἄλλοσ ἔπεφνε
λάθρηι, ἀνωϊστί, δόλωι ὀλομένησ ἀλόχοιο.
ὧσ οὔ τοι χαίρων τοῖσι κτεάτεσσι ϝανάσσω.
καὶ πατέρων τάδε μέλλετ' ἀκουέμεν', οἵ τινεσ ὔμιν — 94 cf. Ξ 125
εἰσίν· ἐπεὶ μάλα πόλλ' ἔπαθον, καὶ ἀπώλεσα ϝοῖκον
εὖ μάλα ναιετάοντα, κεχονδότα πολλὰ καὶ ἐσθλά.
ὧν ὄφελον τριτάτην περ ἔχων ἐν δώμασι μοῖραν
ναιέμεν', οἳ δ' ἄνδρεσ σάοι ἔμμεναι, οἳ τότ' ὄλοντο — 98^bsq.^{a} = ε306sq.
Τροίηι ἒν εὐρείηι, ϝεκὰσ Ἄργεοσ ἱπποβότοιο! — 99^b = Ι 246
ἀλλ' ἔμπησ, πάντασ μὲν ὀδυρόμενοσ καὶ ἀχεύων, — — 100^b = Ι 612
πολλάκισ ἐν μεγάροισι καθήμενοσ ἡμετέροισι
ἄλλοτε μέν τε γόωι φρένα τέρπομαι, ἄλλοτε δ' αὖτε — 102 cf. Σ 472
παύομαι· αἰψηρὸσ δὲ κόροσ κρυεροῖο γόοιο, —
τῶν πάντων οὐ τόσσον ὀδύρομαι, ἀχνύμενόσ περ, — 104 sq.^{a} = Χ 424 sq.

93. Post vs. 96 collocat Kammer (cf. γ 304 sq. δ 517—520). — *τοῖσι* Nauck] *τοῖσδε* (cf. § 60). — Versum *οὐδέ τι βουλόμενοσ, ἀλλὰ κρατερῆσ ὑπ' ἀνάγκησ* olim addebant quidam. ‖ 96. *κεχονδότα* § 221[5]] *κεχανδότα*. Cf. Ω 192. ‖ 97. *ὧν*] *ὧσ* G[2]. ‖ 98. *τότ'(ε)*] *τ'* G P[1] H[1] (item ε 306 G P[1]). ‖ 99. Quidam (non Ar.) —— ‖ 100. Post vs. 103 collocat Nauck. — *πάντασ μὲν* F] *μὲν πάντασ* G P, *ξύμπαντασ* Nauck.

88. κρεάων] § 72.

89. θῆσθαι] § 195.

90. ἧοσ] § 323.

91. ἠλαόμην] § 191.

— τῆοσ] § 323.

92. δόλωι ὀλομένησ ἀλόχοιο] cf. γ 309 sq. et de ὀλομένησ forma § 21.

94. ἀκουέμεν'(αι)] cf. Ξ 125 et de termino -έμεν'(αι) § 125.

— ὔμιν] § 92.

95. ϝοῖκον] dicit *domum pristinam*, dum peregre ipse circumvagatur direptam. A quibusnam direptam? Fortasse a civitatis primoribus, quemadmodum Ulixis opes inter se divisuros se minati sunt primores Ithacenses (β 335 π 385). An cogitanda est gentium vicinarum invasio hostilis (cf. vs. 174—180)? Ad *Priami aedes* a Menelao ceterisque Achivis dirutas versus non spectat.

98. ναιέμεν'(αι)] § 125.

— σάοι] § 62.

100. ἔμπησ] particula participiis ὀδυρόμενοσ καὶ ἀχεύων, quibus subicienda erat, praemittitur, ut Soph. Ai. 1338, item ὅμωσ λ 565 et saepe apud posteros (Ar. Eq. 391 Lys. 276 Eur. Alc. 205 al.), nec non *tamen* apud Latinos (Ter. Eun. I 2,90 Plaut. Stich. 99 al.). Cf. etiam ἔτι vs. 351, μηδ' οὕτωσ Α 131. Non ἔμπησ sed ipsum verbum finitum participio praemissum est Ξ 1.

ὡσ ἑνόσ, ὅσ τέ μοι ὕπνον ἀπεχθαίρει καὶ ἐδωδὴν
μναομένωι· ἐπεὶ οὔ τισ Ἀχαιῶν τόσσ' ἐμόγησε,
ὅσσ' Ὀδυσεὺσ ἐμόγησε καὶ ἤρετο. τῶι δ' ἄρ' ἔμελλε
αὐτῶι κήδε' ἔσεσθαι, ἐμοὶ δ' ἄχοσ αἰὲν ἄλαστον
κείνου, ὅπωσ δὴ δϝηρὸν ἀποίχεται, οὐδέ τι ϝίδμεν,
ζώει ὅ γ' ἦ τέθνηκεν. ὀδύρονταί νύ ποθ' αὐτὸν — 110ª cf. β 132
Λαέρτησ θ' ὁ γέρων καὶ ἐχέφρων Πηνελόπεια
Τηλέμαχόσ θ', ὃν ἔλειπε νέον γεγαῶτ' ἐνὶ ϝοίκωι." — 112 cf. 144
ὣσ 'φάτο, τῶι δ' ἄρα πατρὸσ ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο· — 113 = Ω 507
δάκρυ δ' ἀπὸ βλεφάρων χαμάδισ 'βάλε πατρὸσ ἀκούσασ, — 115 = 154
χλαῖναν πορφυρέην ἄντ' ὀφθαλμοῖιν ἀνασχὼν — 115ª = τ 225
χείρεσσ' ἀμφοτέρηισι. 'νόησε δέ μιν Μενέλαοσ, — 116ª cf. Μ 382
'μερμήριξε δ' ἔπειτα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν, — 117 = Ε 671
ἠέ μιν αὐτὸν πατρὸσ ἐάσειε μνησθῆναι,
ἦ πρῶτ' ἐξερέοιτο ϝέκαστά τε πειρήσαιτο. — 119 = ω 238
ἧοσ ὃ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν, — 120 = Α 193
ἐκ δ' Ἑλένη θαλάμοιο θυώδεοσ ὑψορόφοιο

107. ἤρετο § 284] ἤρατο. ‖ 108. ἔσεσθαι] ἕπεσθαι P. ‖ 110. αὐτὸν] *αὖθι (*illic in Ithaca*)? Cf. § 98. ‖ 114. δάκρυ δ' ἀπὸ] δάκρυα δ' ἀπὸ P H D T, (δάκρυα) δ' ἐκ l. a. in U. ‖ 115. ἀνασχὼν] ἐπισχὼν Ammon. 147. ‖ 116. *χείρεσσ' ἀμφοτέρηισι] ἀμφοτέρηισιν χερσί Ω (-ρηισι χέρεσσι K), item Σ 123. Cf. *M* 382. ‖ 118. ἐάσειε μνησθῆναι] ἐάσει μνησθῆναι F¹ H¹, ἐάσει ἐπιμνησθῆναι D U² i n q, *ἐπιμνησθήμεν' ἐάσαι (cf. § 113 α 31 δ 189 et v. l. γ 211)? Vulgatae duri sunt numeri (cf. § 2). ‖ 119. πειρήσαιτο G F¹] μυθήσαιτο F² P H (cf. ν 191), „ἐπειρήσαιτο ἀντὶ τοῦ ἐπερωτήσειεν" schol. (!).

105. ὡσ] cf. X 425.
— ἀπεχθαίρει] cf. Γ 415.
106. μναομένωι] § 190 sq.
107. ἤρετο] *assecutus est*. Laboravit ille neque frustra profecto laboravit. Cf. Υ 247.
108. ἄλαστον] cf. Μ 163.
109—112. Ulixem vivum in insulam longinquam pervenisse Menelaus antehac ex Proteo rescivit (cf. vs. 498 et 555—560), sed etiamne sit superstes nescit.
109. ὅπωσ] *quomodo, qui fieri possit ut*. Orationis rectae foret: πῶσ δὴ δϝηρὸν ἀποίχεται; Cf. e. g. Ar. Plut. 199 δέδοικα ὅπωσ ... γενήσομαι (item Pac. 131 Plut. 340).

110. ποθ'(ι)] § 322.
112. Lepide poeta Menelaum sic de Telemacho coram ipso loqui fecit. Cuiusmodi artificiis poeta noster saepe usus est (cf. β 35).
113—116. Cf. ipse Ulixes sic lacrimis se prodens regi hospiti θ 83—95, 521—534.
120. ἧοσ] § 323.
121 sq. Cum advenirent Telemachus et Pisistratus, neque Helenam neque Hermionen in megaro offenderunt. Finita enim tum erat cena, sed convivae etiam compotabant, regina autem cum filia recesserat in aedium interiora, ut rebus domesticis interim vacaret (cf. η 7—13). Quae

ἤλυθεν, Ἀρτέμιδι χρυσηλακάτωι ϝεϝικυῖα.
τῆι δ' ἄρ' ἅμ' Ἀδρήστη κλισίην εὔτυκτον ἔθηκε,
Ἀλκίππη δὲ τάπητ' ἔφερεν μαλακοῖ' ἐρίοιο,
Φυλὼ δ' ἀργύρεον τάλαρον 'φέρε, τόν ϝοι ἔδωκε
Ἀλκάνδρη, Πολύβοιο δάμαρ, ὃσ ἔναι' ἐνὶ Θήβησ
Αἰγυπτίησ', ὅθι πλεῖστα δόμοισ' ἒν κτήματα κεῖται. 127 cf. *I* 382
ὃσ Μενελάωι ἔδωκε δύ' ἀργυρέασ ἀσαμίνθουσ,
δοιοὺσ δὲ τρίποδασ, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα, 129ᵇ cf. *I* 122
χωρὶσ δ' αὖθ' Ἑλένηι ἄλοχοσ 'πόρε κάλλιμα δῶρα·
χρυσέην τ' ἠλακάτην τάλαρόν θ' ὑπόκυκλον ὄπασσε
ἀργύρεον, χρυσῶι δ' ἐπὶ χείλεα 'κεκράαντο. 132ᵇ cf. 616 *ο* 116

123. *ἅμ' Ἀδρήστη]* sic Ar., *ἅμα δρήστη* olim alii. || 126. *Θήβησ | Αἰγυπτίησ']* -ηι -ηι Fick (cf. § 57). || 131. *χρυσέην τ' ἠλακάτην]* **ἠλακάτην χρυσέην*? Cf. § 18 et 61.

nunc in megaron rediens iuvenes hospites conspicit.

122. Mater familias, quae fusum (cf. vs. 131) manu tenens megaron intrat, assimulatur Dianae ἐργάνηι artium feminearum patronae. De adi. χρυσηλακάτωι cf. Π 183.

123—125. Alias nunc, alias Γ 144 dici Helenae ancillas, in scholio observatur: „nempe non decuisse eas, quae ipsius culpae fuissent consciae, postea secum habere". Quae notula eo tendit ut demonstretur nostrum locum non obstare quominus genuinus habeatur Γ 144 neque quominus Ilias eidem poetae atque Odyssea tribuatur. Vera haec, nisi quod „culpae" mentio melius abest; nam *sontem* Helenam neque Iliadis poeta finxit, neque vero poeta Odysseae, qui nostro loco eam ostendit Spartae reginam honoratissimam cum marito viventem. Quid autem mirum si alias ancillas Troiae ea habuit, alias decimo anno post Spartae! quid, si alias ei tribuit poeta Odysseae, alias Iliadis! De ἀμφιπόλοισ nominatim indicatis cf. Γ 144, et de versus 123 l. a. Α 99.

123. κλισίην] *sellam*. Vox τ 55 redit, ceteris locis sella dicitur κλισμόσ (e. g. vs. 136) vel κλιντήρ (cf. σ 190).

— ἔθηκε] sellam, quae parieti megari acclinis stabat (cf. η 95), prope caminum *collocavit* (verbum ut θ 65 τ 55), ubi matri familias suus erat locus; cf. α 333.

124. τάπητ'(α)] quam iniceret sellae reginae.

— μαλακοῖ'(ο)] § 59.

125. τάλαρον] *qualum*, glomus — vel plura glomera — lanae iam in fila fictae continentem. Cf. vs. 134 sq. et Ar. Lys. 579.

— ϝοι] praesenti praesens. Maritum enim capta Troia redeuntem Helena tunc comitabatur. Item vs. 228.

127. Αἰγυπτίησ'(ι)] § 28.

129. τάλαντα] cf. Ι 122.

131. ὑπόκυκλον] †, *rotulis instructum*. Cf. Σ 375.

132. χρυσῶι — 'κεκράαντο] *quali labris superinductum erat aurum*; inaurata erant labra vasis argentei; quod περιχέειν dicitur γ 426 Ζ 232 ψ 232. Verbi ἐπικραίνειν (§ 267) idem usus est locis par., apte autem conferri potest

τόν ῥά ϝοι ἀμφίπολοσ Φυλὼ παρέθηκε φέρουσα
νήματοσ ἀσκητοῖο βεβυσμένον, αὐτὰρ ἐπ' αὐτῶι
ἠλακάτη 'τετάνυστο ϝιοδνεφὲσ εἶροσ ἔχουσα. 135^b cf. ι 426
ἕζετο δ' ἐν κλισμῶι, ὑπὸ δὲ θρῆνυσ ποσὶν ἦεν. 136^a = Ω 597; 136^b = Σ 390
αὐτίκα δ' ἥ γε ϝέπεσσι πόσιν ἐρέεινε ϝέκαστα·
„ϝίδμεν δή, Μενέλαε διοτρεφέσ, οἵ τινεσ οἵδε
ἀνδρῶν εὐχετάονται ἱκανέμεν' ἡμέτερον δῶ; [φ 194
ψεύσομαι ἦ ἔτυμον ϝερέω; κέλεται δέ με θυμόσ. 140 = Κ 534 cf.
οὐ γάρ πώ τινα φημὶ ϝεϝοικότα ὧδε ϝιδέσθαι 141 sq. cf. ζ 160 sq.; 141 cf. τ 380
οὔτ' ἄνδρ' οὔτε γυναῖκα, — σέβασ μ' ἔχει εἰσοράουσαν, — 141^a = χ 313
143 ὡσ ὅδ' Ὀδυσσῆοσ μεγαλήτοροσ υἷι ϝέϝοικε.“ 143 cf. τ 381
147 τὴν δ' ἀπαμειβόμενοσ προσέφη ξανθὸσ Μενέλαοσ·
„οὕτω νῦν καὶ ἐγὼ νοέω, γύναι, ὡσ σὺ ϝεϊσκεισ·
κεῖνου γὰρ τοιοίδε πόδεσ τοιαίδε τε χεῖρεσ 149 cf. τ 359

---

144 Τηλεμάχωι, τὸν ἔλειπε νέον γεγαῶτ' ἐνὶ ϝοίκωι 144 cf. 112
κεῖνοσ ἀνήρ, ὅτ' ἐμεῖο κυνώπιδοσ εἵνεκ' Ἀχαιοὶ
ἤλθεθ' ὑπὸ Τροίην πόλεμον θρασὺν ὁρμαίνοντεσ. 146 cf. Κ 28

---

137. *αὐτίκα δ'(ἐ)* P] *αὐτίκ' ἄρ* G F. || 141. *ϝιδέσθαι*] *γενέσθαι* l. a. in E. || 143. *Ὀδυσσῆοσ μεγαλήτοροσ υἷι*] *-σσῆϊ -ρι πάντα* vHerwerden coll. *Λ* 613. — *μεγαλήτοροσ*] *ταλασίφρονοσ* l. a. ant. || 144—146. Del. vHerwerden, cf. comment.; vs. 145 sq. deleverat Knight, de vs. 145 cf. comment. ad *Γ* 180. || 146. *ἤλθεθ'(-τε)* F P] *ἦλθον* G. || 149. *γὰρ* F P H] *μὲν* M, *τοι* G.

---

fragmentum craterae — similisve vasis — in sepulcro quodam Mycenaeo repertum, quae cratera tum cum integra fuit exhibebat imaginem urbis ab inimicis oppugnatae, a civibus defensae (Tzountas-Manatt Myc. Age 213); huius enim vasis margo laminis aureis tectus aureisque scutellis ornatus fuit.

134 sq. Est νῆμα lana in *fila* ficta, εἶροσ lana ab ove *recens* et colo etiam involuta. Quae quod dicitur ϝιοδνεφήσ, apparet vellus prius purpura esse imbutum quam fila inde nerentur. Idem dicitur ἠλάκατα ἁλιπόρφυρα Ζ 53 alibi. Nisi ipsae Menelai oves (Libycae? cf. vs. 85 sq.) ϝιοδνεφὲσ εἶροσ εἶχον, ut Cyclopis (cf. ι 426).

136. Cf. vs. 123.

— ὑπὸ δὲ θρῆνυσ ποσὶν ἦεν] cf. Ξ 240.

137. αὐτίκα] statim videt id quod fugerat maritum; maius videlicet ad talia perspicienda est oculorum muliebrium acumen. Saepe autem ipsum Ulixem Helena vidit tempore belli Troiani, ut mox est narratura.

— γε ϝέπεσσι] γ' ἐπέεσσι Ω.

138 sq. Cf. Ζ 173 sq.

139. εὐχετάονται] § 191.

140. Cf. Κ 534.

142. εἰσοράουσαν] § 191.

143. Haec verba quomodo intellegenda sint docent vs. 149 sq., 157. Non *agnoscit* Helena Telemachum, quem numquam vidisse censenda est, sed eum quem videt iuvenem nisi *Ulixis*, cui simillimus sit, *filium* esse non posse intellegit.

149 sq. *Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat*, Verg. Aen. III 490.

ὀφθαλμῶν τε βολαὶ κεφαλή τ' ἐφύπερθέ τε χαῖται.
καὶ νῦν ἦ τοι ἐγὼ μεμνημένοσ ἀμφ' Ὀδυσῆϊ
μυθεόμην, ὅσα κεῖνοσ ὀϊζύσασ ἐμόγησε 152 cf. ψ 307
ἀμφ' ἐμοί· αὐτὰρ ὃ πυκνὸν ὑπ' ὀφρύσι δάκρυον εἶβε, 153ᵇ = ϑ 531 cf. π 219
χλαῖναν πορφυρέην ἄντ' ὀφθαλμοῖιν ἀνασχών.“ 154 = 115
τὸν δ' αὖ Νεστορίδησ Πεισίστρατοσ ἀντίον ηὔδα· 155 = ο 48
„Ἀτρεΐδη Μενέλαε διοτρεφέσ, ὄρχαμε λαῶν, 156 = P 12
κείνου μέν τοι ὅδ' υἱὸσ ἐτήτυμον, ὡσ ἀγορεύεισ. 157ᵇ cf. ψ 62
ἀλλὰ σαόφρων ἐστί, νεμεσσάεται δ' ἐνὶ θυμῶι
ὧδ' ἐλθὼν τὰ πρῶτα ϝεπεσβολίασ ἀναφαίνειν
ἄντα σέθεν, τοῦ νῶϊ θεοῖ' ὣσ τερπόμεθ' αὐδῆι.
αὐτὰρ ἐμὲ προέηκε γερήνιοσ ἱππότα Νέστωρ
τῶι ἅμα πομπὸν ἕπεσθαι· ἐϝέλδετο γάρ σε ϝιδέσθαι,
ὄφρα ϝοι ἤ τι ϝέποσ ὑποθήεαι ἠέ τι ϝέργον.
πολλὰ γὰρ ἄλγε' ἔχει πατρὸσ πάϊσ οἰχομένοιο
ἐν μεγάροισ', ὧι μὴ παρ' ἀοσσητῆρεσ ἔωσι· 165 cf. ψ 119
ὡσ νῦν Τηλεμάχωι ὃ μὲν οἴχεται, οὐδέ ϝοι ἄλλοι
εἴσ', οἵ κεν κατὰ δῆμον ἀλάλκοιεν κακότητα.“
τὸν δ' ἀπαμειβόμενοσ προσέφη ξανθὸσ Μενέλαοσ·
„ὢ πόποι, ἦ μάλα δὴ φίλου ἀνέροσ υἱὸσ ἐμὸν δῶ
ἵκεθ', ὃσ εἵνεκ' ἐμεῖο πολῦσ ἐμόγησεν ἀέθλουσ·
καί μιν ἔφην ἐλθόντα φιλησέμεν' ἔξοχον ἄλλων
Ἀργεΐων, εἰ νῶϊν ὑπεὶρ ἅλα νόστον ἔδωκε

153. πυκνὸν G P] πυκινὸν F, πικρὸν M. ‖ 158—160. Om. Rhianus, Ar. —— ‖ 159. τὰ πρῶτα Bentley] τὸ πρῶτον (cf. δ 577). — ϝεπεσβολίασ] ἐπιστομίασ Zen. ‖ 162. ἐϝέλδετο] sic (ἐέλδετο) Ar., δἴετο Zen.; cf. *M* 407. ‖ 163—167. Quidam —— ‖ 163. *ὑποθήεαι] -σεαι. Cf. Θ 111 et Σ 409 *Z* 260. ‖ 165. παρ'(ἀ) Platt] ἄλλοι (G F P) vel πολλοὶ (D S) Ω (in q est ὧι μὴ ἀοσσητῆρεσ πολλοὶ ἔωσιν). Cf. ε 489 et § 8. An *ὧι μὴ ἐνὶ μεγάροισιν ἀοσσητῆρεσ ἔωσι? ‖ 168. δ' ἀπαμειβόμενοσ] δὲ μέγ' ὀχθήσασ G (ut vs. 30). ‖ 170. πολῦσ § 83] πολεῖσ (-έασ). ‖ 171. ἔξοχον ἄλλων P] -χα πάντων G F. Cf. ε 118.

158. σαόφρων] *mentis integrae*, i. e. *prudens*, *modestus*, quae adiectivi et postea fuit vis; cf. σαοφροσύνη ψ 13,30. *Sanum* valet Φ 462.

— νεμεσσάεται] § 191. Vert. *veretur*, *indignum ducit*. Cf. Λ 649 et α 263

159. ϝεπεσβολίασ ἀναφαίνειν] *temere verba iactare*; cf. ϝεπεσβόλοσ Β 275. Quis esset, quid ageret prius dicere quam interrogaretur indecorum duxit.

160. θεοῖ'(ο)] § 59.

161. γερήνιοσ] cf. Β 336.

169—180. Ulixem plurimi faciebat Nestor senex (cf. γ 120—122), ex intimo autem animo amabat Menelaus aequalis, cui reddiderat uxorem.

171. ἔξοχον ἄλλων] cf. Ζ 194.

172. ὑπεὶρ ἅλα] § 315.

νηυσὶ θοῆισι γενέσθαι Ὀλύμπιοσ εὐρύϝοπα Ζεύσ.
καί κέ ϝοι Ἄργε' ἔνασσα πόλιν καὶ δώματ' ἔτευξα
ἐξ Ἰθάκησ ἀγαγὼν σὺν κτήμασι καὶ τέκεϊ ϝῶι
καὶ πᾶσιν λαοῖσι, μίαν πόλιν ἐξαλαπάξασ,
αἳ περιναιετάουσι, ϝανάσσονται δ' ἐμοὶ αὐτῶι.
καί κε θάμ' ἐνθάδ' ἐόντε ἐμισγόμεθ'· οὐδέ κεν ἧμε
ἄλλο διέκρινεν φιλέοντέ τε τερπομένω τε,
πρίν γ' ὅτε δὴ θανάτοιο μέλαν νέφοσ ἀμφεκάλυψε. 180b = Π 350
ἀλλὰ τὰ μέν ποθ' ἔμελλεν ἀγάσσεσθαι θεὸσ αὐτόσ,
ὃσ κεῖνον δύστηνον ἀνόστιμον οἶον ἔθηκε."
ὣσ 'φάτο, τοῖσι δὲ πᾶσιν ὑφ' ἵμερον ὦρσε γόοιο. 183 = Ψ 108
'κλαῖε μὲν Ἀργεΐη Ἑλένη, Διὸσ ἐκγεγαυῖα, 184 cf. ψ 218
'κλαῖε δὲ Τηλέμαχόσ τε καὶ Ἀτρεΐδησ Μενέλαοσ.
οὐδ' ἄρα Νέστοροσ υἱὸσ ἀδακρύτω ἔχεν ὄσσε·
'μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύμονοσ Ἀντιλόχοιο, 187-189 cf. α 29 sqq.
τόν ῥ' Ἠοῦσ ἔκτεινε φαεινῆσ ἀγλαὸσ υἱόσ.
τοῖ' ὅ γ' ἐπιμνησθεὶσ ϝέπεα πτερόεντ' ἀγόρευε·
„Ἀτρεΐδη, περὶ μέν σε βροτῶν πεπνυμένον εἶναι

---

178. ἐόντε Ahrens] -ντεσ. — ἧμε § 92] ἄμμε P¹ Y U², ἡμέασ Ω, ἄλλο | ἄμμε (ἧμε) Plut. Mor. 54 *f*, 95 *a*, quod verum videtur. ‖ 181. ἀγά(σ)σεσθαι G² F] -σσασθαι G¹ P. ‖ 189. πτερόεντ' ἀγόρευε G P] -ντα προσηύδα F D.

174—180. Vanane nunc loquitur Menelaus, vana olim secum cogitavit quaeque effici nullo modo potuissent, etiamsi res tulisset ut fieret periculum? Parum hoc credibile; sed quomodo ei in mentem venire potuit regem Ithacae et insularum circumiacentium ex ipsius dicione transvehere velle in novam patriam? Fortasse Odysseae poeta e carmine antiquiore hoc duxit; nam Ulixes unius modo insulae exiguae et pauperculae rex nunc cogitatur, et ipse Menelaus cum incolis regionis in qua vivit nondum plane subactis bella identidem gerere sumi videtur (cf. vs. 95 et Ridgeway Early Age of Greece I 111). Nisi poeta regem erga suos ipsius cives durum et iniquum finxit. „Menelaus' fancy of expropriating the „population of a whole village to „provide an estate for a friend... „would have invited very Hesiodic „comments from the people imme„diately concerned" (Mackail). Quicquid id est, conferendi sunt I 149—156, ubi Agamemnon de „vastandis" quidem suae ipsius regionis urbibus non loquitur, belli tamen iure eas urbes quas Achilli dono offert tenuisse censendus est.

174. Ἄργε'(ϊ)] § 71.
181. ποθ(ι)] § 322.
187—189. Cf. γ 111 sq.
188. 'Ἠοῦσ] § 77.
189. τοῖ(ο)] § 59.

Νέστωρ ᾽φάσχ᾽ ὁ γέρων, ὅτ᾽ ἐπιμνησαίμεθα σεῖο
ϝοῖσιν ἐνὶ μεγάροισι καὶ ἀλλήλουσ ἐρέοιμεν.
καὶ νῦν, εἴ τί ποθ᾽ ἔστι, πίθοιό μοι· οὐ γὰρ ἐγώ γε
τέρπομ᾽ ὀδυρόμενοσ μεταδόρπιοσ, ἀλλὰ καὶ ᾽Ηὼσ
ἔσσεται ἠριγένεια. νεμεσσάομαί γε μὲν οὔ τι — 195^{b} = τ 264
κλαιέμεν᾽, ὅσ κε θάνησι βροτῶν καὶ πότμον ἐπίσπηι.
τοῦτό νυ καὶ γέρασ οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι,
κείρασθαί τε κόμην βαλέμεν τ᾽ ἀπὸ δάκρυ παρήιων. — 198^{a} = Ψ 46
καὶ γὰρ ἐμὸσ τέθνηκεν ἀδελφεόσ, οὔ τι κάκιστοσ
Ἀργεΐων· μέλλεισ δὲ σὺ ϝίδμεναι, — οὐ γὰρ ἐγώ γε — 200^{b} sq. = Δ 374 sq.
ἤντησ᾽ οὐδ᾽ ἔϝιδον, — περὶ δ᾽ ἄλλων φασὶ γενέσθαι
Ἀντίλοχον, περὶ μὲν θείειν ταχὺν ἠδὲ μαχητήν.“ — 202 cf. γ 112
τὸν δ᾽ ἀπαμειβόμενοσ προσέφη ξανθὸσ Μενέλαοσ·
„ὦ φίλ᾽! ἐπεὶ τόσ᾽ ἔϝειπεσ, ὅσ᾽ ἂν πεπνυμένοσ ἀνὴρ
ϝείποι καὶ ῥέξειε, καὶ ὃσ προγενέστεροσ εἴη.
τοίου γὰρ καὶ πατρόσ· ὃ καὶ πεπνυμένα βάζεισ. — 206^{a} = σ 126; 206^{b} cf. Ι 58
ῥεῖα δ᾽ ἀρίγνωτοσ γόνοσ ἀνέροσ, ὧι τε Κρονίων — 207^{a} = Ο 490
ὄλβον ἐπικλώσηι γαμέοντί τε γιγνομένωι τε·

---

192. ἀλλήλουσ] -λοισ l. a. ant. — Versum Ar. —— || 193. τί ποθ᾽(ι)] πωσ Cobet. || 194. μεταδόρπιοσ] -ον F. || 195. οὔ τι § 100] οὐδέν. || 198. παρήιων] cf. Ω 794.

---

191 sq. *Cum tui mentionem faciebamus in patris aedibus, alter alterum interrogantes.* Ipse quidem Pisistratus rogare tantum et aurem praebere potuit, non rogari; sed id non est urgendum. Eius fratres autem, ut ipse Nestor, bello interfuerant.

193. ποθ᾽(ι)] § 322.

194. μεταδόρπιοσ] †, *post cenam vespertinam* (vs. 61, 68, 213); cf. ποτιδόρπιοσ sive *cenae vespertinae destinatus* ι 234, 249. Olim fuere qui interpretarentur *inter cenandum*, coll. adi. μεταδήμιοσ (cf. Ε 19) et lectionem μετὰ δαῖτα pro κατὰ δ. secuti Α 424 al.

— καὶ ᾽Ηὼσ | ἔσσεται] *etiam cras defunctorum recordari licebit.* Cf. vs. 214 sq.

195. νεμεσσάομαι] § 191.

196. κλαιέμεν᾽(αι)] § 125.

197. *Hoc unum habent miseri mortales quo amorem erga necessarios vita perfunctos testentur.* Ad γέρασ mente suppl. θανόντων (ut Π 457 al.). Errat Plut. Mor. 22 c; ὀϊζυροὶ βροτοί *superstites* sunt intellegendi, non *mortui*, sic enim genitivus, non dativus expectaretur et ὀϊζυρῶν θανόντων potius quam ὀϊζυρῶν βροτῶν esset dicendum.

198. κείρασθαι . . . κόμην] cf. Γ 273.

— βαλέμεν] § 126.

— παρήιων] cf. Δ 142.

204. Cf. Γ 59.

— ἂν] § 326.

206. Insolite omittitur 2ª persona ἐσσί, ut σ 126.

207 sq. Κρονίων . . . ἐπικλώσηι] cf. Υ 127 sq.

208. γαμέοντί τε γιγνομένωι τε] *uxorem ducenti atque adeo inde ab ipsis*

ὣσ νῦν Νέστορ' ἔδωκε διαμπερὲσ ἤματα πάντα
αὐτὸν μὲν λιπαρῶσ γηρασκέμεν' ἐν μεγάροισι,
υἱέασ αὖ πινυτούσ τε καὶ ἔγχεσιν ἔμμεν' ἀρίστουσ.
ἥμεσ δὲ κλαυθμὸν μὲν ἐάσομεν, ὃσ πρὶν ἐτύχθη·
δόρπου δ' ἐξαῦτισ μνησώμεθα, χερσὶ δ' ἐφ' ὕδωρ
χευάντων. μῦθοι δὲ καὶ ἠῶθέν περ ἔσονται
Τηλεμάχωι καὶ ἐμοὶ διαϝειπέμεν' ἀλλήλοισι."
ὣσ ἔφατ'· Ἀσφαλίων δ' ἄρ' ὕδωρ ἐπὶ χεῖρασ ἔχευε,
ὀτρηρὸσ θεράπων Μενελάου κυδαλίμοιο. 217 = 23
οἳ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρασ ἴαλλον. 218 = Ι 91
ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησ' Ἑλένη Διὸσ ἐκγεγαυῖα· 219a cf. Ψ 140
αὐτίκ' ἄρ' εἰσ ϝοῖνον 'βάλε φάρμακον, ἔνθεν ἔπινον,
νηπενθέσ τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπιλῆθον ἁπάντων.
ὃσ τὸ καταβρόξειεν, ἐπεὶ κρητῆρι μιγείη,

212. πρὶν] περ G. || 218. In T in additur: αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιοσ καὶ ἐδητύοσ ἐξ ἔρον ἕντο (= Α 469 al.). || 221. ἐπιλῆθον] sic Ptolemaeus Asc., ἐπίληθον Ar. G F^1 P^1, ἐπιληθεσ F^2 P^2.

natalibus. Gradationem haec faciunt; quadamtenus similis est Γ 40; praeterea cf. Ω 588.

209. Νέστορ'(ι)] § 13.

211. ἔμμεν'(αι)] § 125.

212. ἥμεσ] § 92.

213. Cf. vs. 194.

221. *Remedium omnes dolores et iras sedans omniumque malorum oblivionem afferens.*

222—232. Sucum mirificum, donum divinum magicaeque potestatis, sibi autem et auditoribus ignotum, poeta cogitat. Cuius narrationi quamvis fabulosae — nam talia remedia et inter ipsius aequales extitisse poeta credere vix potuit — quin certi alicuius medicamenti subsit notio non videtur dubium, licet nesciamus cuiusnam igitur veneni vis fama ita fuerit celebrata. Erunt fortasse qui *cannabin indicam* („haschisch") cogitent coll. Herodot. IV 75, alii *opium,* licet aliunde non constet id in Aegypto antiquitus cognitum fuisse. Poetis epicis vim sedativam suci papaveris innotuisse cum per se veri simile reddit Μηκώνησ (Hes. Theog. 536) sive *Urbis papaverum* priscum nomen, quae *Sicyon* sive *Urbs cucumerum* postmodo est dicta, tum testatur versus Θ 306, ubi *papaverum in horto cultorum* fit mentio. Inter sucum autem lacteum illum, quem ipsa praebet natura, et medicamentum arte sollerti inde extractum tantum fere interest quantum inter corticem illum febri adversum qui genti Peruvianae per longa saecula cognitus fuit, et venenum quod inde paravit ars medicorum recentium. Sucum papaveris poeta et eius aequales experti norant: medicamentum Aegyptium fando tantum cognitum habebant. — Cf. quae de *molyis* herbae vi magica dicuntur κ 287—306 nec non quae de arte *Machaonis* sive *Chironis* (Δ 219 al. et Ψ 290), *Paeonis* dei medici Ε 900—904.

οὔ κεν ἐφημέριός γε βάλοι κατὰ δάκρυ παρήιων,
οὐδ' εἴ ϝοι κατατεθναίη μήτηρ τε πατήρ τε,
οὐδ' εἴ ϝοι προπάροιθεν ἀδελφεὸν ἢ φίλον υἱὸν
χαλκῶι δηϊόοιεν, ὃ δ' ὀφθαλμοῖσ' ὁράοιτο.
τοῖα Διὸσ θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα
ἐσθλά, τά ϝοι Πολύδαμν' ἔπορεν Θῶνοσ παράκοιτισ
Αἰγυπτίη, τῆι πλεῖστα φέρει ζείδωροσ ἄρουρα 229b = ι 357
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά,
ἰητρὸσ δὲ ϝέκαστοσ ἐπιστάμενοσ περὶ πάντων
ἀνθρώπων· ἦ γὰρ Παιήονόσ εἰσι γενέθλησ.
αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἐνέηκε 'κέλευσέ τε ϝοινοχοῆσαι,
ἐξαῦτισ μύθοισιν ἀμειβομένη προσέϝειπε· 234 cf. π 193 τ 214 ω 350
„Ἀτρεΐδη Μενέλαε διοτρεφὲσ ἠδὲ καὶ οἵδε
ἀνδρῶν ἐσθλῶν παῖδεσ, ἀτὰρ θεὸσ ἄλλοτε ἄλλωι
Ζεὺσ ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ· δύναται γὰρ ἅπαντα.
ἦ τοι νῦν δαίνυσθε καθήμενοι ἐν μεγάροισι
καὶ μύθοισ τέρπεσθε· ϝεϝοικότα γὰρ καταλέξω.

---

223. *παρήιων*] cf. *Ω* 794. ‖ 226. *δηϊόοιεν* U²] *-όωιεν* *Ω*. Cf. § 191 et *Γ* 187. ‖ 227. *μητιόεντα*] *-όωντα* l. a. in P (cf. *Λ* 157). ‖ 228. Versum *ἥ — χθών* (= *Λ* 741) addunt G et in marg. F P. ‖ 229 sq. *φέρει* et *μεμιγμένα*] *φύει* et *τετυγμένα* Theophr. H. Plant. IX 15 § 1. ‖ 231 sq. *ἐπιστάμενοσ περὶ πάντων* | *ἀνθρώπων· ἦ*] *ἐπεὶ σφισι δῶκεν Ἀπόλλων* | *ἰᾶσθαι καὶ* l. a. ab Ar. reiecta (in schol. Aristarcho *tribuitur* per errorem), Paeonem enim, deorum medicum, Homero non eundem esse atque Apollinem. ‖ 232. *ἀνθρώπων*] *φαρμακέων* l. a. — *ἦ*] *ἐκ* Cobet coll. *ν* 130 (*Τ* 105, 111), an **ἦ . . . γενέθλη* (coll. *Ε* 270)? Servandum videtur *ἦ* (*nec mirum! nam . . .*). ‖ 235. *οἵδε*] *ἄλλοι* G. ‖ 236. *ἄλλοτε* G F¹] *ἄλλοτέ τ'* P H¹, *ἄλλοτ' ἐπ'* F² H² M, *ἄλλοθεν* Flach. Cf. comment.

---

223. οὔ κεν] § 326.

— παρήιων] cf. Δ 142.

226. ὀφθαλμοῖσ' ὁράοιτο] § 191.

228. ϝοι] cf. vs. 125.

— Πολύδαμν'(α)] fuere qui πολύδαμνα interpretarentur τὰ πολλοὺσ δαμάζοντα (φάρμακα). Cf. Α 99.

229. Αἰγυπτίη] § 28.

231. Magna et postea inter Graecos fuit fama medicorum et remediorum Aegyptiorum — quippe peregrinorum. Cf. Herodot. II 84 III 129 Theophr. Hist. Plant. IX 15.

232. Παιήονοσ] cf. Ε 401.

236. ἀτάρ] hac particula respondetur ad id quod Helena cogitavit tantum, non enuntiavit: „clara quidem gente orti estis, sed nulla generis nobilitas a sortis inclementia tutatur." Simili breviloquentiae debetur particula ἐπεί Γ 59 al.

— ἄλλοτε ἄλλωι] ita haec concreverunt ut pro uno vocabulo essent, in quo hiatus internus vitiosus non est habitus, ut in Attico οὐδὲ εἷσ (Ar. Plut. 37 al.). Item Hes. Op. 713 Solon. fr. 13⁷⁶, 15⁴ Phocyl. fr. 15 Theogn. 992 Apoll. Rh. I 881.

238. δαίνυσθε] cf. vs. 218.

239. μύθοισ] § 60.

πάντα μὲν οὔ κεν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω, 240ᵇ = *B* 488
ὅσσοι Ὀδυσσῆοσ ταλασίφρονόσ εἰσιν ἄεθλοι,
ἀλλ' οἷον τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸσ ἀνὴρ 242 cf. 271
δήμωι ἔνι Τρώων, ὅθ' ἐπάσχετε πήματ' Ἀχαιοί. 243 = γ 100
αὐτόν μιν πληγῆισιν ἀϝεικελίηισι δαμάσσασ,
σπεῖρα κάκ' ἀμφ' ὤμοισι βαλών, ϝοικῆϊ ϝεϝοικὼσ
ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πόλιν εὐρυάγυιαν·
ἄλλωι δ' αὐτὸν φωτὶ κατακρύπτων ἐϝέϝισκε,
δέκτηι, ὃσ οὐδὲν τοῖοσ ἔεν ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν!
τῶι ϝίκελοσ κατέδυ Τρώων πόλιν· οἳ δ' ἀβάκησαν
πάντεσ, ἐγὼ δέ μιν οἴη ἀνέγνων τοῖον ἐόντα
καί μιν ἀνειρώτων· ὃ δὲ κερδοσύνηι ἀλέεινε.
ἀλλ' ὅτε δή μιν ἐγὼ 'λόεον καὶ 'χρῖον ἐλαίωι,

---

242. *οἷον*] sic Aristoph. Ar., *οἷον* Parmeniscus. ‖ 244. *αὐτόν μιν*] *αὐτὸν μὲν* Ptolemaeus Pindario. Cf. Apoll. Pron. p. 101 sq. ‖ 247. *αὐτὸν*] *αὑτὸν* F P². ‖ 248. *οὐδὲν*] **οὔ θην*? Cf. γ 352 et § 100. ‖ 250. *δέ μιν οἴη*] *δ' οἴη οἱ* G. ‖ 251. *ἀνειρώτων* P¹ (-*τευν* G¹)] *ἀνηρώτων* vel -*τευν* G² F P².

---

240. οὔ κεν] § 326.

244—249. Recensionis duplicis hoc videtur exemplum; cf. B 144—148. Ad ipsam rem quod adtinet, simile est quod de Zopyro Persa rettulit Herodotus III 154.

247. αὐτὸν] *se ipsum*. Cf. § 94.

248. δέκτηι] †. *mendico* (ἐπαίτηι Ar.). Optime congruunt quae in Odyssea narrantur de Ulixe mendici specie sumta suas ipsius aedes adeunti. Fuere qui pro nomine proprio haberent (cf. nota crit. et A 99).

— ἔεν] § 302.

248. *Inter Achivos non sane erronis contemti partibus fungebatur Ulixes.*

249. ἀβάκησαν] †, *stupebant*, id quod ἠπόρησαν Attice. Cf. § 157, 202.

250—264. Rem spectarunt (Soph. Ai. 381) Eur. Rhes. 710—719 et — sed ita ut Helenae aliam atque poeta epicus tribueret mentem et consilia — Hec. 239—250. Helena egregie gavisa est cum agnosceret virum sibi amicissimum, itaque noctu clam Troianis ad se perductum interrogavit. Ille prius diffidere, quippe qui nesciret satisne firmus mulieri raptae inter Troianos permansisset animus; sed mox accepto iure iurando certiorem eam fecit Achivos dolum parasse, fugam simulaturos, ad ipsam liberandam mox in urbe adfuturos (cf. vs. 271—289). Dein per caliginem nocturnam ex urbe evasit multis murorum custodibus necopinato caesis: „ἀναγνωρισθεὶσ ὑφ' Ἑλένησ περὶ τῆσ ἁλώσεωσ τῆσ πόλεωσ συντίθεται, κτείνασ τέ τινασ τῶν Τρώων ἐπὶ τὰσ ναῦσ ἀφικνεῖται", ut in parva Iliade hae res fuere narratae teste Proclo Res cum palam est facta, luxerunt mulieres Troianae, Helena vero suorum adventum laeta expectavit.

250. τοῖον ἐόντα] *licet specie esset misera et squalida.*

252. *Causativam* fortasse vim his verbis tribui voluit poeta. Cf. γ 464 sq.

ἀμφὶ δὲ ϝείματ' ἔϝεσσα καὶ ὤμοσα καρτερὸν ὅρκον, 253^{a} cf. ζ 228 θ 366
μὴ μὲν πρὶν Ὀδυσῆα μετὰ Τρώεσσ' ἀναφῆναι, 253^{b} cf. Τ 127
πρίν γε τὸν εἰς νῆάς τε θοὰς κλισίας τ' ἀφικέσθαι,
καὶ τότε δή μοι πάντα νόον κατέλεξεν Ἀχαιῶν.
πολλοὺς δὲ Τρώων κτείνας ταναήκεϊ χαλκῶι
ἦλθε μετ' Ἀργείους, κατὰ δὲ φρόνιν ἤγαγε πολλήν.
ἔνθ' ἄλλαι Τρῳΐαι λίγ' ἐκώκυον, αὐτὰρ ἐμὸν κῆρ 259^{b} sq.^{a} = υ 89 sq.
'χαῖρ', ἐπεὶ ἤδη μοι κραδίη 'τέτραπτο νέεσθαι
ἂψ ϝοῖκόνδ', ἀάτην δὲ μετέστενον, ἣν Ἀφροδίτη
'δῶχ', ὅτε μ' ἤγαγε κεῖσε φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης,
παῖδά τ' ἐμὴν νοσφισσαμένην θάλαμόν τε πόσιν τε
οὔ τεο δευόμενον, οὔτ' ἂρ φρένας οὔτε τι ϝεῖδος." 264^{b} cf. Α 115
τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη ξανθὸς Μενέλαος·
„ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, γύναι, κατὰ μοῖραν ἔϝειπες. 266 cf. Α 286
ἤδη μὲν πολέων ἐδάην βουλήν τε νόον τε 267^{b} = β 281
ἀνδρῶν ἡρώων, πολλὴν δ' ἐπελήλυθα γαῖαν·
ἀλλ' οὔ πω τοιοῦτον ἐγὼ 'ϝίδον ὀφθαλμοῖσι,
οἷον Ὀδυσσῆος ταλασίφρονος ἦσκε φίλον κῆρ.
οἷον καὶ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ 271 cf. 242

260 sq. Cf. comment. || 260. ἤδη] sic Ar., ἢ δή Crates. || 263. νοσφισσαμένην P^1] -νη G F P^2. || 265. ἀπαμειβόμενος προσέφη ξανθὸς] αὖτε προσέειπε βοὴν ἀγαθὸς P.

254. ἀναφῆναι] infinitivus aoristi, qui in *vaticiniis* neque rarus est neque suspectus (cf. Θ 246), nunc in *iure iurando* pro futuro est usurpatus.

258. φρόνιν] cf. γ 244.

259. Τρῳΐαι] cf. § 17.

260 sq. Aut integri non sunt aut non ipsius poetae; qui neque sontem finxit Helenam, neque si finxisset, nunc veteris iniuriae mentionem inicere eam fecisset. Locutio ἀάτην ... μετέστενον est fere = Τ 132. Apta forent haec: ἐπεὶ αἰεί μοι κραδίη ὥρμαινε νέεσθαι | ἂψ ϝοῖκονδ', αἶσαν δὲ μετέστενον κτέ.

263. νοσφισσαμένην] *relictis* ...; Helena sua suosque *sponte* et *volens* reliquisse non dicitur.

264. τεο] § 99.

271—289. Etiam Menelaus narrat Ulixis viri callidissimi facinus quoddam generosum et ingeniosum, quod ipse olim est expertus. In arcem Troianam — ait — pertractus erat equus ligneus; qui quid sibi vellet, tu sola sciebas inter Troianos, quippe paucis diebus ante ab Ulixe edocta (cf. vs. 250—264). Itaque retinere te non potuisti quin tum cum nox venisset clam adires illam molem, prope aedes Priami et Paridis adstantem, in qua maritum et amicissimum quemque Achivorum latere sciebas. Et illuc cum accessisses, impellente sive curiositate feminea sive ipso Troiae deo tutelari, qui speraret fore ut tua ipsius tu temeritate perderes maritum et amicos salutem tibi afferentes, urbs

ἵπποι ἔνι ξεστῶι, ἵν' ἐνήμεθα πάντεσ ἄριστοι 272 cf. ϑ 512
Ἀργεΐων, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντεσ. 273 = ϑ 513 cf. Β 352
ἦλθεσ ἔπειτα σὺ κεῖσε, — κελευσέμεναι δέ σ' ἔμελλε
δαίμων, ὃσ Τρώεσσιν ἐβούλετο κῦδοσ ὀρέξαι, — 275 cf. Λ 79
καί τοι Δηΐφοβοσ θεοϝείκελοσ ἕσπετ' ἰούσηι.
τρὶσ δὲ περίστειξασ κοῖλον λόχον ἀμφαφάουσα,
ἐκ δ' ὀνομακλήδην Δαναῶν ὀνόμαζεσ ἀρίστουσ·
αὐτὰρ ἐγὼ καὶ Τυδεΐδησ καὶ δῖοσ Ὀδυσσεὺσ
ἥμενοι ἐν μέσσοισιν ἀκούσαμεν, ὡσ ἐβόησασ.
νῶϊ μὲν ἀμφοτέρω 'μενεήναμεν ὁρμηθέντε
ἢ ἐξελθέμεναι ἤ' ἔνδοθεν αἶψ' ὑπακοῦσαι· [129 χ 409
ἀλλ' Ὀδυσεὺσ κατέρυκε καὶ ἔσχεθε ϝιεμένω περ. 284 cf. π 430 φ
ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντεσ ἀκὴν ἔσαν υἷεσ Ἀχαιῶν, 285 cf. β 82

---

279 *πάντων Ἀργεΐων φωνὴν ϝίσκουσ' ἀλόχοισι.*

---

273. Om. Y, in marg. habent P H. || 276. Quidam —— || 277. *περίστειξασ* P[2] H[2] T] *-ιξασ* Ar. Ω (aor. †). || 278. *ὀνόμαζεσ*] *κίκλησκεσ* Nauck. — *ἀρίστουσ*] *ἑταίρουσ* F (cf. vs. 666). || 279. Cf. comment.; Ar. ——? || 285—289. Ar. ——. Olim „in fere omnibus deerant" (schol. H), sed vs. 289 certe necessarius potius est ad narrationem claudendam quam supervacuus.

---

vero servaretur, nominatim me ceterosque reges intus abditos compellare coepisti, solam videlicet te rata neque quemquam in vicinia esse qui audire te posset. At secutus erat Deiphobus et proximus stabat insciae: quid si ex equi alvo tibi respondissemus? Sed cautus ille Ulixes nec facile cuiquam nisi sibi ipsi confisus (cf. ε 171) tacere nos iussit et Anticli vel fauces compressit. Tacuimus, Deiphobus insanire te putavit, mox a Minerva Ulixis patrona illinc es abducta. Latuit igitur fraus, salutis spes ultima urbi erat erepta: paucis horis post Troia capta est. — Fabulam ex alio carmine auditoribus cognitam (cf. A 307) ita narravit poeta ut in brevius eam contraheret. Quae res effecit ut posteris hi versus obscuriores sint visi et in suspicionem venerint.

274. κελευσέμεναι . . . σ' ἔμελλε] *in fatis erat ut te incitaret* (cf. Π 46 sq. δ 107 al.).

276. Δηΐφοβοσ] hunc post mortem Paridis Helenae *maritum* factum esse poeta sumsisse videtur; cf. θ 517 sq. — ἕσπετ'(ο)] *sequebatur* (nesciam), non: *comitabatur* (ἅμ' ἕσπετο).

277. ἀμφαφάουσα] § 191.

279. Versum, quocum cf. h. Ap. 160—164, qui addidit, non intellegebat Helenam *incautam* quidem sed *benevolam* ad equum accessisse, in quo viros sibi amicos abditos esse sciret. Recte in scholio (Aristonici?) dicitur: „πάνυ γέλοιοσ ἡ μίμησισ καὶ ἀδύνατοσ. πῶσ δ' ἂν ἐπίστευον ὅτι πάρεισιν αὐτῶν αἱ γυναῖκεσ;" — ἀλόχοισι] cf. P 51.

280—288. Fortasse duae recensiones (vs. 280—284 et 285—288) sunt coniunctae; cf. nota crit. et B 144—154.

Ἄντικλοσ δέ σέ γ' οἶοσ ἀμείψασθαι ϝεπέεσσι 286 cf. β 84
ἤθελεν· ἀλλ' Ὀδυσεὺσ ἐπὶ μάστακα χέρσ' ἐπίεζε 287[b] cf. ψ 76
νωλεμέωσ κρατερῆισι, 'σάωσε δὲ πάντασ Ἀχαιούσ,
τόφρα δ' ἔχ', ὄφρα σε νόσφιν ἀπήγαγε Παλλὰσ Ἀθήνη."
τὸν δ' αὖ Τηλέμαχοσ πεπνυμένοσ ἀντίον ηὔδα· 290 sq. = 315 sq. ο 86 sq.
„Ἀτρεΐδη Μενέλαε διοτρεφέσ, ὄρχαμε λαῶν, 291 = P 12
ἄλγιον· οὐ γάρ ϝοί τι τό γ' ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον, 292[b] = Z 16
οὐδ' εἴ ϝοι κραδίη γε σιδηρέη ἔνδοθεν ἦεν.
ἀλλ' ἄγετ' εἰσ εὐνὴν τράπεθ' ἡμέασ, ὄφρα καὶ ἤδη 294[b] sq. cf. Ω 635 sq.
ὕπνωι ὕπο γλυκερῶι ταρπώμεθα κοιμηθέντε."
ὣσ ἔφατ'· Ἀργεΐη δ' Ἑλένη δμωιῆισ' ἐκέλευσε 296[b]-300 = Ω 643 sqq.
δέμνι' ὑπ' αἰθούσηι θέμεναι καὶ ῥήγεα καλὰ
πορφύρε' ἐμβαλέμεν, στορέσαι τ' ἐφύπερθε τάπητασ,
χλαίνασ τ' ἐνθέμεναι ϝούλασ καθύπερθε ϝέσασθαι.
αἳ δ' ἴσαν ἐκ μεγάροιο δάοσ μετὰ χερσὶν ἔχουσαι,
δέμνια δ' ἐστόρεσαν· ἐκ δὲ ξείνουσ ἄγε κῆρυξ.
οἳ μὲν ἄρ' ἐν προδόμωι δόμου αὐτόθι 'κοιμήσαντο, 302 = Ω 673
Τηλέμαχόσ θ' ἥρωσ καὶ Νέστοροσ ἀγλαὸσ υἱόσ· 303 = γ 21
Ἀτρεΐδησ δὲ καθηῦδε μυχῶι δόμου ὑψηλοῖο, 304 sq. cf. I 663 sq. Ω 675 sq.
πὰρ δ' Ἑλένη τανύπεπλοσ ἐλέξατο, δῖα γυναικῶν.

ἦμοσ δ' ἠριγένεια 'φάνη ῥοδοδάκτυλοσ Ἠώσ, 306 sq.[a] = β 1 sq.
ὤρνυτ' ἄρ' ἐξ εὐνῆφι βοὴν ἀγαθὸσ Μενέλαοσ
ϝείματα ϝεσσάμενοσ, περὶ δὲ ξίφοσ ὀξὺ 'θέτ' ὤμωι, 308-310 = β 3 sqq.
ποσσὶ δ' ὑπὸ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα·
'βῆ δ' ἴμεν' ἐκ θαλάμοιο θεῶι εναλίγκιοσ ἄντην,
Τηλεμάχωι δὲ παρῖζε ϝέποσ τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζε·

---

286. *σέ γ'(ε)*] *σ' ἔτ'* Bekker. ‖ 287. *χέρσ'(χερσί)*] *χειρὶ* Herodian. ad δ 419 (cf. Λ 585). ‖ 292. *τό γ'(ε)* G P] *τάδ'* F, *τά γ'* D[1]. ‖ 294 sq. In G prior inter lineas est additus, posterior damnatus. ‖ 295. *ταρπώμεθα*] *παυσώμεθα* l. a. ant. (cf. Ω 636). — *κοιμηθέντε* H[2] U] *-ντεσ* Ω (cf. Ω 636). ‖ 303. In marg. habet G. ‖ 310. *θαλάμοιο*] cf. comment.

---

286. In Iliade *Anticli* inter ἀρίστουσ (cf. vs. 272) nulla fit mentio.

287. μάστακα] cf. ι 324.

292. ἄλγιον] *eo tristior est eius sors.* Item π 147; cf. Σ 306.

293. σιδηρέη] cf. P 424.

296—302. Cf. Ω 643—650.

298. ἐμβαλέμεν] § 126.

304. μυχῶι δόμου] cf. ι 663.

310. θαλάμοιο] expectabatur μεγάροιο (cf. vs. 304 et ι 663). Contrarius error videtur esse vs. 741.

„τίπτε δέ σε χρηὼ δεῦρ' ἤγαγε, Τηλέμαχ' ἥρωσ,
εἰσ Λακεδαίμονα δῖαν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσησ; 313b = *B* 159
δήμιον ἦ ἴδιον; τόδε μοι νημερτὲσ ἐνίσπε."
τὸν δ' αὖ Τηλέμαχοσ πεπνυμένοσ ἀντίον ηὔδα· 315 sq. = 290 sq.
„Ἀτρεΐδη Μενέλαε διοτρεφέσ, ὄρχαμε λαῶν,
ἤλυθον, εἴ τινά μοι κληηδόνα πατρὸσ ἐνίσποισ.
ἐσθίεταί μοι ϝοῖκοσ, ὄλωλε δὲ πίονα ϝέργα·
δυσμενέων δ' ἀνδρῶν πλεῖοσ δόμοσ, οἵ τέ μοι αἰεὶ 319b cf. α 91
μῆλ' ἀδινὰ σφάζουσι καὶ εἰλίποδασ ϝέλικασ βοῦσ, 320 = α 92
μητρὸσ ἐμῆσ μνηστῆρεσ, ὑπέρβιον ὕβριν ἔχοντεσ. 321 = α 368
τούνεκα νῦν τεὰ γούναθ' ἱκάνομαι, αἴ κ' ἐθέλῃσθα 322-331 = γ 92 sqq.
κείνου λυγρὸν ὄλεθρον ἐνισπέμεν, εἴ ποθ' ὄπωπασ
ὀφθαλμοῖσι τεοῖσ' ἢ' ἄλλου μῦθον ἄκουσασ
πλαζομένου· περὶ γάρ με ὀϊζυρὸν 'τέκε μήτηρ.
μηδέ τί μ' αἰδόμενοσ μειλίσσεο μηδ' ἐλεαίρων,
ἀλλ' εὖ μοι κατάλεξον, ὅπωσ ἤντησασ ὀπωπῆσ.
λίσσομαι, εἴ ποτέ τοί τι πατὴρ ἐμόσ, ἐσθλὸσ Ὀδυσσεύσ,
ἢ ϝέποσ ἠέ τι ϝέργον ὑποστὰσ ἐξετέλεσσε
δήμωι ἔνι Τρώων, ὅθ' ἐπάσχετε πήματ' Ἀχαιοί·
τῶν νῦν μοι μνῆσαι καί μοι νημερτὲσ ἐνίσπε."
τὸν δὲ μέγ' ὀχθήσασ προσέφη ξανθὸσ Μενέλαοσ· 332 = *P* 18
„ὢ πόποι, ἦ μάλα δὴ κρατερόφρονοσ ἀνδρὸσ ἐν εὐνῆι 333-350 = ρ 124 sqq.
ἤθελον εὐνηθῆμεν' ἀνάλκιδεσ αὐτοὶ ἐόντεσ!
ὡσ δ' ὁπότ' ἐν ξυλόχωι ἔλαφοσ κρατεροῖο λέοντοσ
νεβροὺσ κοιμήσασα νεηγενέασ γαλαθηνοὺσ
κνημοὺσ ἐξερέῃσι καὶ ἄγκεα ποιήεντα

312. *χρηὼ*] *χρῆοσ* Ahrens. ‖ 314. *ἐνίσπε*] *-σπεο* G P[1] (cf. § 246). ‖ 317. *κληηδόνα*] *καὶ κληδόνα* schol. *A* 105; *κλεη-* est ceteris locis (*σ* 117 *υ* 120). ‖ 321. *ὕβριν*] *ἦτορ* M. ‖ 322—331. Cf. *γ* 92—101. ‖ 335. *ὁπότ'(ε)*] *ὅτ'* F[1] (*ὅτ' ἐνὶ* L W in vs. par.). ‖ 336. *νεβροὺσ... νεηγενέασ γαλαθηνοὺσ*] *νεβρὸν ...-νέα -νὸν* Aristoph. (coll. Aristot. Hist. An. VI 29)? ‖ 337. *κνημοὺσ*] *κρημνοὺσ* Y (item vs. par. U W; cf. *Φ* 449).

312. χρηὼ] § 190.

317. κληηδόνα πατρὸσ] i. q. alibi πατρὸσ κλέοσ. Cf. Λ 227.

318. πίονα ϝέργα] cf. Τ 131.

323—326. Cf. γ 93—96.

333 sq. Cf. α 245—248.

334. εὐνηθῆμεν'(αι)] § 125.

335—339. Cerva prole recenti in virgulto relicta pabulum quaerit per saltus montium; interim leo, qui illic dormire solet, ad cubile suum redit et hinnulos devorat, praedam tam gratam quam inexpectatam, mox et matrem. Cf. Λ 113—119.

337. ἐξερέῃσι] *interrogandi* hoc verbum non nisi h. l. et vs. par. *per-*

βοσκομένη, ὃ δ' ἔπειτα ϝὴν εἰσήλυθεν εὐνήν,
ἀμφοτέροισι δὲ τοῖσιν ἀϝεικέα πότμον ἐφῆκε, 339ᵇ = Δ 396
ὣσ Ὀδυσσεὺσ κείνοισιν ἀϝεικέα πότμον ἐφήσει.
αἲ γάρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον, 341 sq.* = η 311
τοῖοσ ἐὼν οἷόσ ποτ' ἐϋ κτιμένηι ἐνὶ Λέσβωι 341 = Β 371 [sq.
ἐξ ἔριδοσ Φιλομηλεΐδηι ἐπάλαισεν ἀναστάσ,
κὰδ δ' ἔβαλε κρατερῶσ, 'κεχάροντο δὲ πάντεσ Ἀχαιοί,
τοῖοσ ἐὼν μνηστῆρσιν ὁμιλήσειεν Ὀδυσσεύσ! 345sq. = α 265 sq.
πάντεσ κ' ὠκύμοροί τε γενοίατο πικρόγαμοί τε.
ταῦτα δ', ἅ μ' εἰρωτᾶισ καὶ λίσσεαι, οὔ κεν ἐγώ γε
ἄλλα παρ' ἐκ ϝείποιμι παρακλιδόν, οὐδ' ἀπατήσω·
ἀλλὰ τὰ μέν μοι ἔϝειπε γέρων ἅλιοσ νημερτήσ,
τῶν οὐδέν τοι ἐγὼ κρύψω ϝέποσ οὐδ' ἐπικεύσω.
„Αἰγύπτωι μ' ἔτι δεῦρο θεοὶ μεμαῶτα νέεσθαι

338. *δ' ἔπειτα*] *δέ τ' ὦκα* F[1] (item G loco par.). || 342. *ἐνὶ Λέσβωι* G F] *ἐν Ἀρίσβηι* P (cf. Z 13). || 344. *'κεχάροντο δὲ πάντεσ Ἀχαιοί*] *ἐπὶ δὲ Τρῶεσ κεχάροντο* G[1] (cf. Π 600).

vestigandi habet vim. Cf. *dicere* = *nuntiare* A 419 B 49 al.

342—344. Certamen, quod Ulixes honoris causa (ἐξ ἔριδοσ, cf. H 111) cum *Philomelida* Lesbio aliunde non cognito iniit, non nisi h. l. et loco par. (ρ 133—135) commemoratur; sed conferri potest certamen Ulixis et Aiacis Ψ 708—728. *Philomelides* tum cum Achivi Troiam petentes Lesbi appulissent lucta ab Ulixe superatus, ut Amycus a Polluce in fabula quae fuit de itinere Argonautarum, quin a victore et interfectus fuerit vix videtur dubium, cum praesertim Lesbus ab Achivis dein expugnata et vastata sit (cf. I 129, 271, 664). In scholiis annotatur fuisse olim qui Philomeliden *Patroclum* sive Philomelae filium interpretarentur infelicissime, recte autem additur nulla apud Homerum a *matris* nomine derivari cognomina (cf. Apoll. lex. s. v., Etym. M. 166, 6—14, Eur. fr. 1048 Herodot. I 173) neque Patroclum devictum Argivis gaudium parere potuisse. Inter Philomeliden et *Macarem* Lesbi regem, cuius mentio fit Ω 544, quae intercesserit necessitudo — si qua intercessit — non liquet. Idemne vir utrobique significatur, ita ut Macar *Philomeli filius* fuerit (*Beatus Praedivitis*)?

346. πικρόγαμοι] cf. α 266.

347. οὔ κεν] § 326.

349 sq. τὰ ... τῶν] insolite hoc est dictum, item A 125, ubi conferatur nota crit.

350. οὐδέν] § 100.

351 sq. *Quomodo* di Menelaum detinuerint disertis quidem verbis non dicitur, sed *ventum adversum* cogitemus necesse est. Cf. I 362. Sic statim intellegitur qui factum sit ut Nilum repetere mox potuerit a Proteo iussus; eo enim navem idem ventus ultro detulit.

351. ἔτι] iungendum cum verbo ἔσχον. Praemittitur nunc participio, ut ἔμπησ vs. 100.

ἔσχον, ἐπεὶ οὔ σφιν ἔρεξα τελειέσσασ ἑκατόμβασ·
οἱ δ' αἰεὶ 'βούλοντο θεοὶ μεμνῆσθαι ἐφετμῆσ.
νῆσοσ ἔπειτά τισ ἔστι πολυκλύστωι ἐνὶ πόντωι 354ᵇ = ζ 204 τ 277
Αἰγύπτου προπάροιθε, Φάρον δέ ϝε κικλήσκουσι,
τόσσον ἄνευθ' ὅσσον τε πανημερίη γλαφυρὴ νηῦσ
ἤνυσεν, ἧι λιγὺσ οὖροσ ἐπιπνείῃσιν ὄπισθε·
ἐν δὲ λιμὴν ἔυορμοσ, ὅθεν τ' ἀπὸ νῆασ ἐϝίσασ 358ᵃ = ι 136
εἰσ πόντον βάλλουσιν ἀφυσσάμενοι μέλαν ὕδωρ.
ἔνθα μ' ἐϝείκοσιν ἦματ' ἔχον θεοί, οὐδέ ποτ' οὖροι
πνείοντεσ 'φαίνονθ' ἁλιαέεσ, οἵ ῥά τε νηῶν
πομπῆεσ γίγνονται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσησ. 362ᵇ = Β 159
καί νύ κεν ἤϊα πάντα κατέφθιτο καὶ μένοσ ἀνδρῶν,
εἰ μή τίσ με θεῶν ὀλοφύρατο καί μ' ἐλέησε,
Πρωτέοσ ἰφθίμου θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντοσ, 365ᵇ = Α 538
Ϝειδοθέη. τῆι γάρ ῥα μάλιστά γε θυμὸν ὄρινα.
ἥ μ' οἴωι ϝέρροντι συνήντετο νόσφιν ἑταίρων, —
αἰεὶ γὰρ περὶ νῆσον ἀλώμενοι ἰχθυάεσκον
γναμπτοῖσ' ἀγκίστροισιν, ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμόσ, — 369 = μ 332

---

352. Synizesis vitii indicium (cf. § 8); *ἔσχον ἔτ' (vel ἐπ', W ἐπὶ) Αἰγύπτωι με θεοὶ μ. ν. | δεῦρ'? || 353. Zen. —— (etiam Ar.?). — *ἐφετμῆσ] -μέων. Cf. Δ 495. || 354. πολυκλύστωι] περικλ. G. || 359. ἀφυσσάμενοι] -όμενοι l. a. ant., Ar. utrumque. || 363. κεν ἤϊα πάντα] κε πάντ' ἤϊα Bentley. — μένοσ Ar. P²] μένε' Ω (ut Δ 447 Θ 61). || 364. ἐλέησε] ἐσάωσε P² Eust. Cf. λ 55 χ 312; eadem varietas est ξ 279. || 365. ἰφθίμου] -μη M² D (cf. κ 106). || 366. Ϝειδοθέη] Εὐρυνόμη Zen. || 368. ἀλώμενοι] -νοσ U².

---

352. τελειέσσασ ἑκατόμβασ] -λη- Ω. De vi locutionis cf. Α 66.

353. *Illi autem perpetuo malebant me eorum iussi recordari* = satius ducebant illic me retinere donec iusta iis persolvissem.

354. ἔπειτα] cf. Σ 523.

355—357. *Pharus* insula a Nili ostio Canopico (ubi nunc *Rosette* sita est urbs) unius diei iter abest Recte igitur poeta definivit situm locorum (Bérard). Sed posteri cum Αἴγυπτον non *Nilum flumen* sed poeta invito *terram Aegyptum* intellegerent, perperam ex his versibus effecerunt regionem illam longinquam Homero non satis accurate fuisse cognitam, erat enim Pharus *Pellaeis proxima muris* (Lucan. X 511 Strab. 791 Plut. Alex. 26), aut littus post aetatem poetae mire accrevisse (cf. Strab. 30, 37, 58, 536 Plut. Mor. 367 *e*).

359. ὕδωρ] *aquam potabilem* ex insulae fonte. Cf. ι 85 κ 56.

361. ἁλιαέεσ] *per mare* (non: *ex mari*) *flantes*. Cf. Ε 865.

366. Ϝειδοθέη] cf. *Leucothea* dea marina Ulixi naufrago salutem ferens (ad ε 333—335).

367. μ'(οι)] § 13.

368 sq. Cf. Π 407 et de forma ἰχθυάεσκον § 191.

369. δὲ] id quod γάρ nunc valet, ut Ω 611 et passim.

ἣ δέ μοι ἄγχι στᾶσα ϝέποσ 'φάτο 'φώνησέν τε· — 370b = Ω 353
,νήπιόσ ἐσσ', ὦ ξεῖνε, λίην τόσον ἠδὲ χαλίφρων; — 371a = ι 273 ν 237
ἠὲ ϝεκὼν μεθιεῖσ καὶ τέρπεαι ἄλγεα πάσχων;
ὡσ δὴ δϝήθ' ἐνὶ νήσωι ἐρύκεαι οὐδέ τι τέκμωρ — 373 sq. cf. 466 sq.
εὑρέμεναι δύνασαι, μινύθει δέ τοι ἦτορ ἑταίρων.'
„ὣσ ἔφατ', αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενοσ προσέϝειπον·
,ἐκ μέν τοι ϝερέω, ἥ τισ σύ πέρ ἐσσι θεάων,
ὡσ ἐγὼ οὔ τι ϝεκὼν κατερύκομαι, ἀλλά νυ μέλλω
ἀθανάτουσ ἀλιτέσθαι, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι.
ἀλλὰ σύ πέρ μοι ϝειπέ, — θεοὶ δέ τε πάντα ϝίσασι, — — 379-381 = 468 sqq.
ὅσ τίσ μ' ἀθανάτων πεδάει καὶ ἔδησε κέλευθον, — 379b cf. κ 306 κ 540
νόστον θ', ὡσ ἐπὶ πόντον ἐλεύσομαι ἰχθυόεντα.' — 381 cf. 390, 424
„ὣσ ἐφάμην, ἣ δ' αὐτίκ' ἀμείβετο δῖα θεάων· — 382 = 398 κ 487, 503 μ 115 cf. δ 471
,τοιγὰρ ἐγώ τοι, ξεῖνε, μάλ' ἀτρεκέωσ ἀγορεύσω.
πωλέεταί τισ δεῦρο γέρων ἅλιοσ νημερτὴσ — 383 = α 214 cf. δ 399
ἀθάνατοσ, Πρωτεὺσ Αἰγύπτιοσ, ὅσ τε θαλάσσησ — 385b sq.a = α 52 sq.
πάσησ βένθεα ϝοῖδε, Ποσειδάωνοσ ὑποδμώσ·
τὸν δέ τ' ἐμὸν φασὶν πατέρ' ἔμμεναι ἠδὲ τεκέσθαι.
τόν γ' εἴ πωσ σὺ δύναιο λοχησάμενοσ λελαβέσθαι,

370. δέ μοι Zen.] δ' ἐμεῦ vel δέ μευ Ω (δέ μ' § 92). — ἄγχι στᾶσα] Zen. ἀντομένη <ἔπεα πτερόεντα προσηύδα aut ἔπεα πτερόεντ' ἀγόρευεν Duentzer>. || 371. ἠδὲ Bekker] ἠὲ Ω et schol. Plat. Alcib. 119a. Cf. τ 530 et Ε 162. || 374. ἦτορ ἑταίρων G F] ἔνδοθεν ἦτορ P (cf. vs. 467). || 379. ϝειπέ] εἰπὲ Zen. (item l. a. vs. 468). || 380. κέλευθον H² Y] -θουσ H¹ U, -θου G F P. Cf. α 195 et δ 469 ι 383 η 272 κ 20. || 388. λελαβέσθαι] -θέσθαι Y.

371. ἐσσ'(ι)] § 302.
— χαλίφρων] *demens, ineptus.* Adi. redit τ 530, cf. χαλιφροσύνη π 310, χαλιφρονέειν ψ 13. Quae derivata esse a voce χάλισ *merum* (Hippon. fr. 78, χαλίκρητον μέθυ Archil. fr. 103) facile suspicetur quispiam, *ebrium* igitur adiectivum significasse primitus. Sed locis Homericis quoniam hic sensus non convenit, a *dementiae* potius notione est proficiscendum et subst. χάλισ interpretandum est *potio quae dementes reddit.*

380. πεδάει] § 191.

384. πωλέεται] § 191.

386. Ποσειδάωνοσ ὑποδμώσ] Neptuni dei marini minister alienus fuit a fabulis antehomericis, in quibus Neptunus γαιήϝοχοσ fuit deus terrester. Primitus autem ipse maris deus, Thetidis pater, Amphitritae maritus, dictus est γέρων ἅλιοσ. Sed Odysseae poeta hoc nomine deum inferioris ordinis aliquem nunc indicat. — Praepositionis ὑπο- vis eadem est in nomine ὑποδρηστήρ ο 330; cf. etiam ὑφηνίοχοσ Ζ 19 et ἐπι- in voce ἐπιβουκόλοσ (γ 422 al.) similibus, μετα- in μετάγγελοσ (Ο 144 Ψ 199).

388. De horum verborum structura cf. Κ 111. Post δύναιο non est interpungendum.

ὥσ κέν τοι ϝείπῃσιν ὁδὸν καὶ μέτρα κελεύθου 389 cf. κ 539
νόστον θ', ὡσ ἐπὶ πόντον ἐλεύσεαι ἰχθυόεντα. 390 = 424 κ 540 cf. δ 381
καὶ δέ κέ τοι ϝείπῃσι, διοτρεφέσ, αἴ κ' ἐθέλῃσθα,
ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται
οἰχομένοιο σέθεν δολιχὴν ὁδὸν ἀργαλέην τε.'
„ὣσ ἔφατ', αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενοσ προσέϝειπον·
‚αὐτὴ νῦν σὺ φράζε λόχον θείοιο γέροντοσ,
μή πώσ με προϝιδὼν ἠὲ προδαεὶσ ἀλέηται·
ἀργαλέοσ γάρ τ' ἐστὶ θεὸσ βροτῶι ἀνδρὶ δαμῆναι.'
„ὣσ ἐφάμην, ἡ δ' αὐτίκ' ἀμείβετο δῖα θεάων· 398 = 382
‚τοιγὰρ ἐγώ τοι ταῦτα μάλ' ἀτρεκέωσ ἀγορεύσω. 399 cf. 383
ἦμοσ δ' ἠέλιοσ μέσον οὐρανὸν ἀμφιβέβηκε, 400 cf. Θ 68
τῆμοσ ἄρ' ἐξ ἁλὸσ εἶσι γέρων ἅλιοσ νημερτὴσ
πνοιῆι ὕπο Ζεφύροιο, μελαίνηι φρικὶ καλυφθείσ·
ἐκ δ' ἐλθὼν κοιμᾶται ὑπὸ σπέεσι γλαφυροῖσι.
ἀμφὶ δέ μιν φῶκαι νέποδεσ καλῆσ ἁλοσύδνησ

---

389. ὥσ Hesych. s. v.] ὅσ Ω (ut κ 539). — κελεύθου F] θαλάσσησ G P (cf. Hes. Op. 648 et oraculum Herodot. I 47). Eadem est varietas κ 539. || 391. καὶ] καδ P² (cf. δ 72). || 395. *σὺ φράζε] φράζευ σὺ (σὺ om. G). Cf. § 117 et λ 22 h. Ven. 128; *indicare* dolum debet dea, non *excogitare*. || 397. ἀργαλέοσ ... θεόσ] -ον ... -ὸν G. || 398. αὐτίκ'(α) G P] αὖτισ F H¹ (*TIK—TIC*). Eadem est varietas δ 471, 491, 554 ι 272, 368 λ 145, 440. — ἀμείβετο δῖα θεάων] -βομένη προσέειπε G. || 399. Sic F, om. pap. Oxyrh. 775 saec. III G, τοιγὰρ ἐγὼν ἐρέω σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν P (ut Α 76, 297). — ταῦτα] ξεῖνε D (ut vs. 383). || 400. *ἀμφιβέβηκε] -βεβήκει Ar. Ω (ut Θ 68), -κῃ (subi. general.) q. Cf. comment.

---

392. Hoc versu Socrates fertur usus esse ad studiorum suorum philosophicorum fines designandos, Gell. XIV 6.

400. ἦμοσ ... μέσον οὐρανὸν ἀμφιβέβηκε] *quo tempore sol medium caelum obtinet.* Cf. A 37 et Θ 68, et de hoc usu indicativi temporis perfecti vel praesentis H 433.

403. σπέεσι] § 71.

404 sq. Docent hi versus phocas aetate poetae etiam in mari Mediterraneo, ut in maribus septentrionalibus, crebras degisse. Quarum greges postea ex illis oris fugarunt fere hominum insidiae. Facies autem horum animalium, humanae eminus haud dissimilis, et alias fabulas peperit et hanc, quae est de eorum pastore Proteo inter ea cubanti. Dicitur ea species quae *monachus albiventer* iam audit zoologis.

404. νέποδεσ] †, *pedibus carentes.* Adi. cum substantivo φῶκαι iungendum. Quod *sobolem* perabsurde interpretati sunt poetae Alexandrini, cum genitivo ἁλοσύδνησ iungentes (cf. Callim. fr. 77, 260 Apoll. Rhod. IV 1743 Theocrit. XVII 25); et fuerunt inter philologos recentiores qui collato latino *nepōtes* id probarent.

— ἁλοσύδνησ] *deae maris.* Υ 207 sic vocatur *Thetis*, nunc *Amphitrite* (cf. ε 422).

ἀθρόαι εὕδουσιν πολιῆσ ἁλὸσ ἐξαναδῦσαι,
πικρὸν ἀποπνείουσαι ἁλὸσ πολυβενθέοσ ὀδμήν.
ἔνθα σ' ἐγὼν ἀγαγοῦσα ἅμ' ἠόϊ φαινομένηφι 407ᵇ = Ι 682
εὐνάσω ἐξείησ· σὺ δ' εὖ κρίνασθαι ἑταίρουσ
τρεῖσ, οἵ τοι παρὰ νηυσὶν ἐϋσσέλμοισιν ἄριστοι.
πάντα δέ τοι ϝερέω ὀλοφώϊα τοῖο γέροντοσ. 410 cf. κ 289
φώκασ μέν τοι πρῶτον ἀριθμήσει καὶ ἔπεισι·
αὐτὰρ ἐπεὶ πάσασ πεμπάσσεται ἠδὲ ϝίδηται,
λέξεται ἐν μέσσηισι, νομεὺσ ὣσ πώεσι μήλων.
τὸν μὲν ἐπεὶ δὴ πρῶτα κατευνηθέντα ϝίδησθε, 414ᵇ cf. 421
καὶ τότ' ἔπειθ' ὔμιν μελέτω κάρτοσ τε βίη τε,
αὖθι δ' ἔχειν μεμαῶτα καὶ ἐσσυμένον περ ἀλύξαι.
πάντα δὲ γιγνόμενοσ πειρήσεται, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
ἑρπετὰ γίγνονται, καὶ ὕδωρ καὶ θεσπιδαὲσ πῦρ·
ὔμεσ δ' ἀστεμφὲσ ἐχέμεν μᾶλλόν τε πιέζειν. 419 cf. 459
ἀλλ' ὅτε κεν δή σ' αὐτὸσ ἀνείρηται ϝεπέεσσι,
796—802. Imagines, quas somniantes vident, etiam extra ipsorum mentem extare nusquam clarioribus verbis dicuntur quam h. l. et vs. 838 sq.; cf. Ψ 62—101 et εἴδωλον ab Apolline fictum Ε 449. Ipsa Minerva Ζ 15—24, qui locus nostro est similis, specie puellae mortalis induta lectum dormientis adit.

796. Asyndeton, ut Ψ 141.

— ἐϝέϝικτο] § 160.

797. Ἰφθίμηι] propriumne est nomen an adiectivum? Dubitabat Ar.; cf. nota crit. et ο 364 Λ 99.

798. *Eumelus* Admeti filius Pheraeus notus est ex Iliade. Quemadmodum Hermione *Menelai* filia Lacaena nupsit Neoptolemo Myrmidoni (cf. vs. 5), sic et filia altera *Icarii* (de quo cf. α 329) in matrimonium data est regi in regione longinqua viventi (cf. vs. 811). — Quod cum Apolline *Spartano* nomen Admeti a posteris est sociatum (cf. Würtheim Mnem. 1903, 257, Kuiper ibid. 1910, 32 sqq., 137 sqq.), id in Odysseae poetam cadere non videtur, qui *Messeniae* urbem Pheras cogitasse non est censendus.

— ὄπυιε] cf. Ν 429.

800. ἧοσ] § 323. Vim finalem (= ἵνα vel ὄφρα) haec particula habet etiam ε 386 Ζ 80 ι 376 τ 367.

— γοάουσιν] § 191.

802. παρὰ κληῖδοσ ἱμάντα] per foramen tenuissimum se insinuans (cf. α 441 sq.). Hac via species nocturna et discessit (vs. 838); cf. Ζ 20 et de poetae hac sollertia ε 79 sq. — Imitatur hunc locum poeta hymni Merc. 146: διὰ κλήϊθρον.

οὐ μέν σ' οὐδ' ἐάουσι θεοὶ ῥεῖα ζώοντεσ 805a cf. *T* 295 805b = *Z* 138
κλαιέμεν' οὐδ' ἀκαχῆσθαι, ἐπεί ῥ' ἔτι νόστιμόσ ἐστι 806b cf. τ 85 υ 333
σὸσ πάϊσ· οὐ μὲν γάρ τι θεοῖσ' ἀλιτήμενόσ ἐστι.“
τὴν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα περίφρων Πηνελόπεια
ϝηδὺ μάλα κνώσσουσ' ἐν ὀνειρείῃσι πύλῃσι·
„τίπτε, κασιγνήτη, δεῦρ' ἤλυθεσ; οὔ τι πάροσ γε
πωλέε', ὡσ μάλα πολλὸν ἀπόπροθι δώματα ναίεισ. 811b cf. ε 80 ι 18
καὶ κέλεαι παύσασθαι ὀϊζύοσ ἠδ' ὀδυνάων
πολλέων, αἵ μ' ἐρέθουσι κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν·
ἣ πρὶν μὲν πόσιν ἐσθλὸν ἀπώλεσα θυμολέοντα, 814-816 = 724 sqq.
παντοίῃσ' ἀρετῇσι κεκασμένον ἐν Δαναοῖσι,
ἐσθλόν, τοῦ κλέοσ εὐρὺ καθ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργοσ,
νῦν αὖ παῖσ ἀγαπητὸσ ἔβη κοίλησ ἐπὶ νηόσ, 817a cf. 727
νήπιοσ, οὔτε πόνων ἐῢ ϝειδὼσ οὔτ' ἀγοράων. 818 cf. *I* 440 sq.a
τοῦ δὴ ἐγὼ καὶ μᾶλλον ὀδύρομαι ἤ περ ἐκείνου.
τοῦ δ' ἀμφιτρομέω καὶ δέδϝια μή τι πάθῃσι, 820b = *Λ* 470a
ἢ ὅ γε τῶν ἐνὶ δήμωι ἵν' οἴχεται, ἢ ἐνὶ πόντωι·
δυσμενέεσ γὰρ πολλοὶ ἐπ' αὐτῶι μηχανάονται,
ϝιέμενοι κτεῖναι πρὶν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι.“ 823 = ν 426 ο 30
τὴν δ' ἀπαμειβόμενον προσέφη ϝείδωλον ἀμαυρόν· 824 = 835

---

807. θεοῖσ'(ι)] πάϊσ G. || 811. πωλέε'(αι) § 117] πωλέαι (vel πώλεαι) *Ω*. Cf. β 202. — ὡσ Nauck] ἐπεί. || 812. καὶ Ernesti] καί με. Cf. *Ω* 434. || 813. πολλέων, αἵ] *αἳ πολλαί? Nisi spurius est versus. Cf. § 56. || 816. Ar. —— || 817. νῦν] νῦν δ' M. || 819. ἤ περ ἐκείνου] *ἠέ περ αὐτοῦ? Cf. § 97 et *Α* 260 *Λ* 319 *Π* 688 ρ 417 al.

---

805. οὐδ' ἐάουσι] § 191.

806. κλαιέμεν'(αι)] § 125.

807. ἀλιτήμενοσ] § 195.

809. ἐν ὀνειρείῃσι πύλῃσι] non redit locutio (= ἐν ὀνείρωι) nisi in v. l. Ψ 93. Portane aliqua, per quam prodeant somnia, nunc cogitatur (cf. τ 562—569)? Sic parum intellegitur cur illic dormire nunc dicatur Penelope, ad cuius lectum adstet species sororis. Itaque in hac locutione ea potius cogitandi ratio est agnoscenda, qua non somnia ad dormientes accedere sed dormientium mentes per regionem somniorum circumvagari creduntur (Λ 241). Conferendi autem sunt illi versus ubi somnus aliquem *tegere* vel *circumdare* dicitur (cf. Ξ 253 ψ 17 al.).

811. πωλέε'(αι)] § 117.

816. καθ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργοσ] cf. α 344.

818. *Infans, neque agendi neque verba faciendi satis peritus.* Parentibus diu infantes manent liberi; nam revera οὐκέτι τηλίκοσ ἐστί Telemachus (α 297).

822. μηχανάονται] § 191. Verbum uno hoc loco absolutum est.

824. ἀμαυρόν] *tenue, fuscum, inane.* Adi. non nisi vs. 835 redit.

„θάρσεε, μηδέ τι πάγχυ μετὰ φρεσὶ δέδϝιθι λίην· 825 cf. h. Ven. 194
τοίη γάρ ϝοι πομπὸσ ἅμ' ἕσπετο, ἥν τε καὶ ἄλλοι 826^a cf. Ω 153
ἀνέρεσ ἠρήσαντο παρεστάμεναι, δύναται γάρ, 827^b cf. ε 25
Παλλὰσ Ἀθηναίη, σὲ δ' ὀδυρομένην ἐλεαίρει.
ἥ νῦν με προέηκε τεῒν τάδε μυθήσασθαι.“ 829^b = Λ 201
τὴν δ' αὖτε προσέϝειπε περίφρων Πηνελόπεια·
„εἰ μὲν δὴ θεόσ ἐσσι θεοῖό τε ἔκλυεσ αὐδήν, 831^b cf. ξ 89
εἶ δ' ἄγε μοι καὶ κεῖνον ὀϊζυρὸν κατάλεξον,
ἤ ποθ' ἔτι ζώει καὶ ὁρᾶι φάοσ ἠελίοιο
ἦ ἤδη τέθνηκε καὶ ἐν Ἀϝίδαο δόμοισι.“
τὴν δ' ἀπαμειβόμενον προσέφη ϝείδωλον ἀμαυρόν·
„οὐ μέν τοι κεῖνόν γε διηνεκέωσ ἀγορεύσω,
ζώει ὅ γ' ἦ τέθνηκε· κακὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν.“

833sq. = υ 207sq.
833 = ξ 44
833^a cf. Τ 327
833^b = Σ 61
834 = ω 264 cf. Χ [52
835 = 824
836^b = μ 56 cf. η [241
837 = λ 464
837^a = β 132

ὣσ ϝειπὸν σταθμοῖο παρὰ κληῖδ' ἐλιάσθη
εἰσ πνοιὰσ ἀνέμων. ἣ δ' ἐξ ὕπνοι' ἀνόρουσε
κούρη Ϝικαρίοιο· φίλον δέ ϝοι ἦτορ ἰάνθη,
ὥσ ϝοι ἐναργὲσ ὄνειρον ἐπέσσυτο νυκτὸσ ἀμολγῶι.

μνηστῆρεσ δ' ἀναβάντεσ ἐπέπλεον ὑγρὰ κέλευθα, 842 cf. Λ 312
Τηλεμάχωι φόνον αἰπὺν ἐνὶ φρεσὶν ὁρμαίνοντεσ. 843 cf. h. Merc. 66

826. ἕσπετο Nauck cum Ven. 9, 29] ἕσπεται (G P) vel ἔρχεται (F H M) Ω. An *ἕψεται (cf. Ω 192)? De cuiusmodi futuri usu cf. Κ 88. || 827. δύναται γάρ] καὶ ἀμύνειν P (ut Ο 255 Ρ 563). || 828. Παλλὰσ Ἀθηναίη] Παλλάδ' -ην P^1. || 831. θεοῖό τε] θεοῦ (sic F^1) τέ τιν' Grashof (ut ξ 89). — αὐδήν G P] -δῆσ F. Cf. Ν 757 Ο 270 β 297 ξ 89. || 832. εἶ δ'(ἐ)] cf. Λ 302. || 833. ἤ § 327] εἰ. Cf. vs. 712. || 83 . ἀνέμων] -μου P^1 W. || 840. δέ F P] τέ G. || 843. ὁρμαίνοντεσ] l. a. (ἥισιν? Ludwich) ἔχοντεσ. An interpretamentum?

825. θάρσεε] § 191.
832. καὶ κεῖνον] § 9 et 97.
833. ποθ'(ι)] § 322.
834. ἐν] § 315.
835. ἀμαυρόν] cf. vs. 824.
836 sq. Prudenti consilio poeta cavit ne Penelope iam nunc de sorte Ulixis fieret certior. Aliquantisper etiam luctu tabescere eam necesse fuit, quo maiore laetitia mox afficeretur agnito tandem marito.
838. Cf. vs. 802.
839. ὕπνοι'(ο)] § 59.

841. ἐναργὲσ ὄνειρον] ceteris locis est ὄνειροσ (Β 16 al.); cf. plur. metaplastum ὀνείρατα υ 87.
— νυκτὸσ ἀμολγῶι] cf. Λ 173.
843. φόνον αἰπὺν] αἰπὺσ Ζ 57 et passim dicitur ὄλεθροσ sive *pernicies* saxo imminenti et quicquid supposítum est oppressuro assimulata; cf. Θ 369 Λ 601. Nunc imagine neglecta non ὄλεθροσ dicitur sed φόνοσ, item π 379 et fortasse Ρ 365; etiam neglegentius Ο 223 χόλοσ dictus est αἰπύσ (?).

ἔστι δέ τισ νῆσοσ μέσσηι ἁλὶ πετρήεσσα
μεσσηγὺσ Ἰθάκησ τε Σάμοιό τε παιπαλοέσσησ, — 845 cf. N 33 Ω 78 δ 671
Ἀστερίσ, οὐ μεγάλη, λιμένεσ δ' ἔνι ναύλοχοι αὐτῆι
ἀμφίδυμοι· τῆι τόν γ' ἔμενον λοχάοντεσ Ἀχαιοί.

Καλυψοῦσ ἄντρον.

ε Ἠὼσ δ' ἐκ λεχέων παρ' ἀγανοῦ Τιθωνοῖο — 1 sq. = Λ 1 sq.
ὤρνυθ', ἵν' ἀθανάτοισι φάοσ φέροι ἠδὲ βροτοῖσι.
οἳ δὲ θεοὶ θῶκόνδε καθίζανον, ἐν δ' ἄρα τοῖσι
Ζεὺσ ὑψιβρεμέτησ, οὗ τε κράτοσ ἐστὶ μέγιστον. — 4ᵇ cf. B 118 α 70
τοῖσι δ' Ἀθηναίη 'λέγε κήδεα πόλλ' Ὀδυσῆοσ
μνησαμένη, 'μέλε γάρ ϝοι ἐὼν ἐν δώμασι Νύμφησ·
„Ζεῦ πάτερ ἠδ' ἄλλοι μάκαρεσ θεοὶ αἰὲν ἐόντεσ, — 7 = θ 306 μ 371, 7ᶜ = Ω 99 [377
μή τισ ἔτι πρόφρων ἀγανὸσ καὶ ἤπιοσ ἔστω — 8-12 = β 230 sqq.
σκηπτόοχοσ βασιλεὺσ μηδὲ φρεσὶν αἴσιμα ϝειδώσ,
ἀλλ' αἰεὶ χαλεπόσ τ' εἴη καὶ αἴσυλα ῥέζοι!
ὡσ οὔ τισ μέμνηται Ὀδυσσῆοσ θείοιο
λαῶν, οἷσ' ἐϝάνασσε, πατὴρ δ' ὣσ ἤπιοσ ἦεν.

---

8 et 10. Cf. β 230 et 232.

844—847. Insula quaedam inter Ithacam et Cephalleniam media inter iacet, *Dascalio* nunc vocata. Quae portum duplicem nunc quidem non habet et nautis vix ullum praebet perfugium (cf. Strab. 456), sed ante multa saecula alia potuit esse eius facies. Nisi poeta fingendi libertate sua est usus in hac insula describenda. Qui portus duos etiam urbi Phaeacum tribuit Ζ 263.

845. Σάμοιο] cf. Β 634.

847. λοχάοντεσ] § 191.

1 sq. Cf. quae ad Λ 1 sq. et quae ad μ 1—4 sunt annotata.

2. φάοσ] § 71.

3. θῶκόνδε] cf. Θ 439.

5—31. Quae hactenus narrata sunt, veluti prologum dramatis efficiunt; sequuntur quae pertinent ad ipsum Ulixis νόστον, quem poeta carminis argumentum fecit. Reditur igitur ad eum rerum statum, qui fuit carminis initio (α 26 sqq.), cum Minerva a Iove petivit ut Mercurius quam primum ad Calypso mitteretur, ille autem id quod filia petebat (α 84—87) neque denegavit neque concessit; nunc denuo ab ea admonitus Mercurium iubet Calypso adire. Cf. α 88 sqq. — Sic ο 1 non sine incommodo chronologico reditur ad δ 599 (ad quem versum cf. comment.).

5. 'λέγε] *enumerabat*. Cf. § 306.

9. σκηπτόοχοσ] -οῦχοσ Ω. De vocis vi cf. Α 279.

ἀλλ' ὃ μὲν ἐν νήσωι κεῖται κρατέρ' ἄλγεα πάσχων, 13 cf. B 721
Νύμφησ ἐν μεγάροισι Καλυψόοσ, ἥ μιν ἀνάγκηι 14-17=δ 557 sqq.
ἴσχει· ὃ δ' οὐ δύναται ϝὴν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι,
οὐ γάρ ϝοι πάρα νῆεσ ἐπήρετμοι καὶ ἑταῖροι,
οἵ κέν μιν πέμποιεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσησ.
νῦν αὖ παῖδ' ἀγαπητὸν ἀποκτεῖναι μεμάασι 18^{a} = δ 727
ϝοίκαδε νισσόμενον· ὃ δ' ἔβη μετὰ πατρὸσ ἀκουὴν 19 sq. = δ 701 sq.
εἰσ Πύλον ἠγαθέην ἠδ' εἰσ Λακεδαίμονα δῖαν."
τὴν δ' ἀπαμειβόμενοσ προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύσ· 21 sq. = α 63 sq.
„τέκνον ἐμόν, ποῖόν σε ϝέποσ 'φύγεν ἕρκοσ ὀδόντων!
οὐ γὰρ δὴ τοῦτον μὲν ἐβούλευσασ νόον αὐτή, 23 sq. = ω 479 sq.
ὡσ ἦ τοι κείνουσ Ὀδυσεὺσ ἀποτίσεται ἐλθών;
Τηλέμαχον δὲ σὺ πέμψον ἐπισταμένωσ, — δύνασαι γάρ, — 25^{b} cf. δ 827
ὥσ κε μάλ' ἀσκηθὴσ ϝὴν πατρίδα γαῖαν ἵκηται, 26 = 144 cf. 168 ι 79
μνηστῆρεσ δ' ἐν νηῒ παλιμπετὲσ ἀπονέωνται."
ἦ ῥα, καὶ Ἑρμείαν, υἱὸν φίλον, ἀντίον ηὔδα· 28^{b} = Ω 333
„Ἑρμεία, — σὺ γὰρ αὖτε τά τ' ἄλλα περ ἄγγελόσ ἐσσι, —
Νύμφηι ἐϋπλοκάμωι ϝειπεῖν νημερτέα βουλήν, 30 cf. α 86
νόστον Ὀδυσσῆοσ ταλασίφρονοσ, ὥσ κε νέηται 31 = α 87
οὔτε θεῶν πομπῆι οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων,
ἀλλ' ὅ γ' ἐπὶ σχεδίησ πολυδέσμου πήματα πάσχων

---

13. κρατέρ' ἄλγεα πάσχων] τετιημένοσ ἦτορ poscitur in schol. (cf. ρ 142). || 20. ἠγαθέην] ἠμαθίην Rhianus (cf. β 308). || 28. υἱὸν φίλον G F[1] P] φίλον υἱὸν F[2] H M. || 29. τά τ'(ε)] *καί?

---

13. κρατέρ' ἄλγεα πάσχων] *luctu confectus*, item ρ 142. Cf. δ 556 ε 151—158.

14. ἐν μεγάροισι] cf. δ 557.

— Καλυψόοσ] § 77.

16. ἐπήρετμοι] cf. β 403.

19. ἀκουήν] cf. β 308 et Λ 227.

20. ἠγαθέην] § 21.

22. ἕρκοσ ὀδόντων] cf. Δ 350.

23. τοῦτον . . . νόον] dicit consilium illud, quod carminis initio (α 84—87) a Minerva propositum Iuppiter probavit.

27. παλιμπετέσ] cf. Π 395.

— ἀπονέωνται] § 21.

28. υἱὸν . . . ηὔδα] cf. E 170.

29. Mercurius apud Homerum non est *deorum nuntius*, quo officio fungitur *Iris*, sed tum demum ad mortales mittitur cum *mortuorum* habetur ratio: ad *Priamum*, ut corpus Hectoris recuperetur et iusto funere honoretur (Ω); ad *Aegisthum*, ne Agamemnonis et postea ipsius Aegisthi fiat caedes (α), nunc ad *Calypso*, quae primitus — id est aevo antehomerico — fuit dea caliginis fatalis. Cf. Ω 333 sqq. et δ 557 ε 64—66.

ἤματι ϝεικοστῶι Σχερίην ἐρίβωλον ἵκοιτο, — 34 cf. Ι 363
Φαιήκων εἰσ γαῖαν, οἳ ἀγχίθεοι γεγάασι· — 35 = τ 279

34. (ϝ)εικοστῶι Eust. et olim „αἱ κοινότεραι"] γ' εἰκ. (M K) vel κ' εἰκ. Ω (cf. Ι 363). Verum videtur ἤματ'(ι) ἐϝεικ. (cf. § 13); nam ceteris locis tetrasyllaba adiectivi forma legitur aut legi debet.

34. Σχερίην] nomen fabulosum redit ζ 8 η 79 ν 160. *Insulam*, non terrae firmae aliquam regionem dici docent poetae verba ἐνὶ πόντωι ζ 204; cf. etiam ζ 8. Itaque, quicquid de nominis origine statuitur, quod multi ad adiectivum σχερόν *continuum* (cf. Λ 668) referentes interpretati sunt *terram firmam*, alii a lingua Graeca alienum ducunt, manifestum est Odysseae certe vati nomen proprium fuisse, non terram firmam ei significasse. *Corcyram* designari crediderunt posteri, qui loca ab Homero celebrata in terris reperiri posse cuncta persuasum habebant — vera enim cecinisse vatem θεόπνευστον — et revera circa oras maris Mediterranei alibive cuncta reperire sibi videbantur; quorum vestigia etiam nunc sunt qui premant. Cf. schol. Apoll. Rhod. IV 983. Antiquissimus huius opinionis, quam reiecit Aristarchus, nunc testis est Thucydides (I 25 § 4 III 70 § 4; cf. ζ 263—266 et ν 163). Sed ab Odysseae poeta Scheriam insulam in *oriente longinquo* et mortalibus parum pervio collocatam esse testantur versus ε 282 sq. et omnia quae de Phaeacibus in illa insula habitantibus narrantur. Confluxerunt autem in Odysseam fabulae complures ipso poeta antiquiores. Quodsi non ita habuisset res, Iuppiter Ulixem non in terram *Phaeacum* mitti iussisset (item ε 288 sq., 345, 359), sed *Ithacam* in ipsius patriam; nec dubium quin antiquior et simplicior fabulae forma haec fuerit, ut heros procella (cf. vs. 111) Ogygiam delatus ibique aliquantisper commoratus, dein in patriam inde rediret. *Phaeacum* autem et *Scheriae* nomina, quae primitus inter se non satis fuerunt congrua, in unum coëgit poeta, licet Phaeacibus in *occidentalibus* potius plagis, ubi regnant mors et caligo, sedes fuerint tribuendae (cf. vs. sq.). *Migrare* videlicet eos iussit poeta, ut claris verbis ipse dixit ζ 4—8. Cf. ε 282—288.

35. Φαιήκων] nomen h. l. primum obvium olim *furvos mortuorum portitores* significavit, qui defunctos per caliginem nocturnam in specu Phorcynis (cf. ν 96—104) avehunt, somno qui morti consimilis est mersos (cf. ν 80). E prisco autem *mytho solari*, qui — cum aliis fabulis — Ulixis erroribus est substructus (cf. vs. 467 sq.), hoc nomen remansit. Quibus mortuorum portitoribus Neptunus deus infernus stomachatus est ob ereptum sibi heroëm, quem illi in lucem et sedes beatas reduxerunt (cf. η 56—66 et ν 125—184). Sed in Odyssea Neptunus factus est deus *marinus*, Sol autem *rex Achivus* Troia vastata patriam repetens, et Phaeaces abierunt in *navigatores* mortales.

— ἀγχίθεοι γεγάασι] *gente dis proximi sunt*; item τ 279. Conferenda sunt Ulixis verba virum quendam „μάλα σχεδὸν affinem" dicentis κ 441; ipsa Nausicaa regis Phaeacum filia „dis ἐγγύθεν εἰμέν" ait η 205. Sic ἄγχιστα ϝεϝοικότεσ vocantur qui sunt *simillimi* (Β 58 Ξ 474 ζ 152 ν 80); translata igitur in his locutionibus est adver-

οἵ κέν μιν περὶ κῆρι θεὸν ὣσ τιμήσωσι, — 36 sq. cf. ψ 339 sq.
πέμψωσιν δ' ἐν νηῒ φίλην εἰσ πατρίδα γαῖαν, — 36 cf. Ι 155 τ 280
χαλκόν τε χρυσόν τε ϝάλισ ϝεσθῆτά τε δόντεσ — 37 cf. ξ 333
πόλλ', ὅσα κ' οὐδέ ποτε Τροίησ ἒξ ἤρετ' Ὀδυσσεύσ, — 38 = ψ 341 cf. ν 136
εἴ περ ἀπήμων ἦλθε λαχὼν ἀπὸ ληΐδοσ αἶσαν. — 39 sq. = ν 137 sq.; 40ᵇ cf. Σ 327
ὣσ γάρ ϝοι μοῖρ' ἐστὶ φίλουσ ϝιδέμεν καὶ ἱκέσθαι — 41 sq. cf. δ 475 sq.
ϝοῖκον ἒσ ὑψόροφον καὶ ἑϝὴν εἰσ πατρίδα γαῖαν." — 42 = 115
ὣσ ἔφατ', οὐδ' ἀπίθησε διάκτοροσ Ἀργεϊφόντησ. — 43-46 = Ω 339 sqq.
αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα
ἀμβρόσια χρύσεια, τά μιν 'φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν
ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῇισ' ἀνέμοιο·
εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῆι τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει — 47-49 = Ω 343 sqq.
ὧν ἐθέληι, τοὺσ δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντασ ἐγείρει.
τὴν μετὰ χερσὶν ἔχων 'πέτετο κρατὺσ Ἀργεϊφόντησ,
Πιερίην δ' ἐπιβὰσ ἐξ αἰθέροσ ἔμπεσε πόντωι. — 50ᵃ cf. Ξ 226
'σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα λάρωι ὄρνιθι ϝεϝοικώσ,

36 sq. *τιμήσωσι, | πέμψωσιν*] *-σουσι, -ψουσιν* Ω. Cf § 122. ‖ 38. *χαλκόν ... χρυσόν*] *χρυσόν ... χαλκόν* G. Cf. Χ 340. ‖ 39. *ἤρετ'(ο)* § 284] *-ρατ'*. ‖ 41. *φίλουσ*] *-λουσ τ'* Ω. ‖ 45. *(')φέρον*] sic Ar., *-ρεν* (P¹?) Y; cf. Ω 341. ‖ 47—49. Veteres quidam damnabant (cf. α 99—101); vs. 48 om. F¹ (cf. Ω 344). ‖ 48. *ἐθέληι*] *-λει* Ω (cf. Ω 344). ‖ 50. *ἔμπεσε πόντωι*] *ἵκετο πόντον* G.

biorum ἄγχι, ἐγγύσ, σχεδόν vis, quae locum indicavit primitus. Qui mos et postea valuit; cf. ex. gr. τοὶ ἄσσιστα πόθικεσ (= οἱ ἐγγυτάτω προσήκοντεσ) inscr. Lacon. 4598 *b*⁹ vel γενῆσ ἄσσον Herod. Mimiamb. IV 84. Non mirum autem est *dis cognatos* vocatos esse qui mortales primitus non fuerint; sed Odysseae poeta, cui *homines* erant Scheriae incolae (cf. vs. 378), quo sensu eos ἀγχιστεῖαι dis coniunctos dixerit satis accurate definiri iam nequit. Nam quod ipse rex Alcinous erat nepos dei Neptuni (η 56 sqq.), id non sufficit ad epitheton hoc illustrandum, quoniam omnes fere reges a dis deducebant gentem. Sic fieri potuit ut ἀγχίθεοσ id quod *divinum* valere videretur posteris, itaque ἀγχίθεοι ϝειδόσ τε φυήν τε dicti sunt Anchisiadae h. Ven. 200. — Propter generis propinquitatem di inter eos versantur et veluti sodalibus iis utuntur (cf. η 201—206).

39. ὅσα κ'(ε)] § 326.

41. ϝιδέμεν] § 126.

47—49. Cf. Ω 333 sqq., 339—345 et infra vs. 87.

48. ὑπνώοντασ] § 190.

50—54. Monte Olympo et aethere relictis Mercurius in Pieriam descendit, ut Iuno Ξ 226—229, dein de littoris scopulo aliquo in mare se deicit, ut Iris Ω 78—80. Cf. etiam Minerva de caelo ruens Δ 75—79 Verg. Aen. IV 253—255. — Post αἰθέροσ enuntiatum incidendum esse scholiasta monet.

51. λάρωι ... ϝεϝοικώσ] mare stringens *veluti larus* (cf. Γ 151 sq.), non:

ὅσ τε κατὰ δϝεινοὺσ κόλπουσ ἁλὸσ ἀτρυγέτοιο
ἰχθῦσ ἀγρώσσων πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμηι.
ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἀφίκετο τηλόθ' ἐοῦσαν, 55 cf. ι 543, 181
ἔνθ' ἐκ πόντου βὰσ ϝιοϝειδέοσ ἤπειρόνδε
ἤϊεν, ὄφρα μέγα σπέοσ ἵκετο, τῶι ἔνι Νύμφη
'ναῖεν ἐϋπλόκαμοσ· τὴν δ' ἔνδοθι 'τέτμεν ἐοῦσαν.
πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγ' ἐκαίετο, τηλόσε δ' ὀδμὴ
κέδρου τ' εὐ̈ κεατοῖο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει
δαιομένων· ἣ δ' ἔνδον ἀοιδιάουσ' ὀπὶ καλῆι 61 sq.[a] cf. κ 221 sq.
ἱστὸν ἐποιχομένη χρυσείηι κερκίδ' ὕφαινε.
ὕλη δὲ σπέοσ ἀμφὶ 'πεφύκεε τηλεθάουσα, 63[b] cf. η 114
κλήθρη τ' αἴγειρόσ τε καὶ εὐώδησ κυπάρισσοσ. 64[a] cf. 239
ἔνθα δέ τ' ὄρνιθεσ τανυσίπτεροι ηὐνάζοντο,

---

54 τῶι ϝίκελοσ πολέεσσιν ὀχήσατο κύμασιν 'Ερμῆσ.

---

54. Ar. (?) —. Interpolantis manum prodit Ἑρμῆσ pro Ἑρμείασ dictum (cf. § 58). — πολέεσσιν] πολιοῖσιν Naber. || 58. τὴν — ἐοῦσαν] δεινὴ θεὸσ αὐδήεσσα Macrob. V 12 § 8 (ex κ 136, ubi non accedit nomen Νύμφη). || 59. (ἐ)καίετο F H] δαίετο G P M. — τηλόσε G P] -θι F. || 60. ὀδώδει] ὀρώρει F[1] U. || 61. ὀπὶ] neglecto ϝ; in schol. affertur l. a. νύμφη δὲ ἐϋπλοκαμοῦσα Καλυψώ.

---

sumta lari figura; nam ficta specie di tum demum utuntur cum ad mortales accedunt. Longis gressibus super fluctuum cacumina Mercurius veluti saltans incedit talaribus vectus, ut equi divini super capita culmorum (Υ 227). Cf. etiam Ν 20 Θ 398.

53. ἀγρώσσων] †, ab eadem stirpe atque verbum ἀγρεύειν. Eundem terminum habet τιθαιβώσσειν ν 106.

54. Verbum ὀχήσασθαι sive *vehi* vicinis parum congruit. Levi pede fluctus contingit deus, non iis immergitur.

59. ἐσχαρόφιν] forma metaplasta redit η 169 τ 389. Cf. § 46.

60. κέδρου] non dicitur celsa ea arborum species, quae a Libanone monte nomen habet, sed *iuniperus oxycedrus* cognatave aliqua species.

— κεατοῖο] †, *fissi*, a verbo κείειν (ξ 425) — κεάσσαι (Π 347 al.).

— θύου] *thuiam* (sic Theophrastus) aliudve lignum odorum (*laricem* Plin., *citrum* Macrob., *pistaciam lentiscum* recent.) significari docet contextus. Cf. Ο 153 φ 52.

62. Texit Calypso Nympha, ut Circe κ 222 sq. et Naiades ν 103—108; cf. etiam Π 223—225.

— κερκίδ'(ι)] § 13. De re cf. Ψ 760—763.

63. τηλεθάουσα] § 191.

64—66. Arbores funebres *populi* (cf. κ 509 sq.) et *cypressi* avesque lugubres *ululae* optime conveniunt loco, ubi habitabat dea ea, quae primitus fuit mortuorum regina (defunctos Καλύπτουσα). Cf. quae ad vs 29 et δ 557 sunt annotata.

64. κλήθρη] *alnus* (cf. Theophr. H. Plant. III 14 § 3); vox redit vs. 239.

— κυπάρισσοσ] †; sed cf. Β 519, 593 et adi. κυπαρίσσινοσ ρ 340.

σκῶπέσ ϑ' ἴρηκέσ τε τανύγλωσσοί τε κορῶναι
εἰνάλιαι, τῆισίν τε ϑαλάσσια ϝέργα μέμηλε.
ἠ δ' αὐτοῦ 'τετάννστο περὶ σπέεοσ γλαφυροῖο
ἡμερὶσ ἡβάουσα, 'τεϑήλεε δὲ σταφυλῆισι.
κρῆναι δ' ἑξείησ πίσυρεσ 'ρέον ὕδατι λευκῶι
πλησίαι ἀλλήλων τετραμμέναι ἄλλυδισ ἄλλη·
ἀμφὶ δὲ λειμῶνεσ μαλακοὶ ϝίου ἠδὲ σελίνου
'ϑήλεον. ἔνϑα κ' ἔπειτα καὶ ἀϑάνατόσ περ ἐπελϑὼν
ϑηήσαιτο ϝιδὼν καὶ τερφϑείη φρεσὶ ϝῆισι.
ἔνϑα στὰσ 'ϑηεῖτο διάκτοροσ Ἀργεϊφόντησ. 75ª = η 133
αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πάντα ἑϝῶι 'ϑηήσατο ϑυμῶι, 76 = η 134
αὐτίκ' ἄρ' εἰσ εὐρὺ σπέοσ ἤλυϑεν· οὐδέ μιν ἄντην 77ᵇ sq.ª cf. Α 536 sq.
ἠγνοίησε ϝιδοῦσα Καλυψώ, δῖα ϑεάων.
οὐ γάρ τ' ἀγνῶτεσ ϑεοὶ ἀλλήλοισι πέλονται

72. μαλακοὶ] -κοῖ' olim quidam (cf. § 59 et Ξ 349), -κοῦ T² Y. — ϝίου] σίου Ptolemaeus Euergetes (Athen. 61 c). || 74. ϑηήσαιτο] γηϑήσειεν schol. μ 88 (cf. Ν 344). || 75. διάκτοροσ] κρατὺσ M (fuitne l. a. ἰδὼν κρατύσ?).

66. σκῶπεσ] si poetae Odysseae hoc nomen idem valebat quod posteris, significantur *ululae* (cf. Theocr. I 136 Verg. Ecl. VIII 55). Avium *diurnarum* nomen requirens Aristoteles coniciebat κῶπεσ (cf. Ath. 391 Ael. H. Anim. XV 28 schol. Theocr. l.l.), sed non est cur vitiosa ducatur lectio vulgata; *habitasse* enim illic lucifugas has aves ait poeta, non: tum cum Mercurius accessit *circumvolitasse*. Verum quidem est ea potissimum in cavernae huius descriptione expectari quae a Mercurio oculis vel auribus vel naribus tunc potuerint percipi, sed εὐνάζεσθαι verbum docet poetam hanc rem minus nunc curasse. Cf. quae ad vs. 64—66 sunt annotata et ι 183 sq.

— τανύγλωσσοι] †, *linguam tendentes, ostendentes* (cum clamant).

— κορῶναι | εἰνάλιαι] quaenam aves maritimae hoc nomine significentur non liquet, sed certum est non dici *cornices*, ut postea; cf. μ 418 ξ 308 et de adi. εἰνάλιαι § 44.

68. σπέεοσ] § 71.

69. ἡμερὶσ] *vitis sativa* (cf. Arist. Ach. 997). Conferendae sunt — eadem enim cunctis subest imago — *lauri* quibus tegitur caverna *Cyclopis* (ι 183), *oliva* cavernam *Phorcynis* et Nympharum Ithacensium obumbrans (ν 102), *ficus* super cavernam *Charybdis* surgens (μ 103, 432—436). Cf. etiam Apollinis lucus et caverna in arce Troiae (Ε 446), nec non quae de *oliva* Ulixis annotata sunt ad ψ 190—195.

— ἡβάουσα] § 190 sq.

— 'τεθήλεε] § 110.

70. πίσυρεσ] cf. Ο 680.

71. ἀλλήλων] § 56.

74. θηησαίατο... τερφθείη] optativus ut Δ 223.

79 sq. Numina sciunt omnia et omnes norunt, Mercurius autem, qui vel remotissimas regiones identidem visit, ut Proteus (cf. δ 556), Ogygiam

80 ἀθάνατοι, οὐδ' εἴ τισ ἀπόπροθι δώματα ναίει. 80^b cf. δ 18
οὐδ' ἄρ' Ὀδυσσῆα μεγαλήτορα ἔνδον ἔτετμε·
ἀλλ' ὅ γ' ἐπ' ἀκτῆσ 'κλαῖε καθήμενοσ, ἔνθα πάροσ περ,
83 δάκρυσι καὶ στοναχῆισι καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων. 83 = 157
85 Ἑρμείαν δ' ἐρέεινε Καλυψώ, δῖα θεάων,
ἐν θρόνωι ἱδρύσασα φαεινῶι σιγαλόεντι·
„τίπτε μοι, Ἑρμεία χρυσόρραπι, εἰλήλουθασ, 87 cf. Ψ 94
αἰδοῖόσ τε φίλοσ τε; πάροσ γε μὲν οὔ τι θαμίζεισ. 88 cf. Σ 386
αὔδα ὅ τι φρονέεισ· τελέσαι δέ με θυμὸσ ἀνώγει, 89 sq. = Ξ 195 sq.
90 εἰ δύναμαι τελέσαι γε καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστί.“
92 ὣσ ἄρα φωνήσασα θεὰ παρέθηκε τράπεζαν
ἀμβροσίησ πλήσασα, 'κέρασσε δὲ νέκταρ ἐρυθρόν· 93^b cf. Τ 38
αὐτὰρ ὃ 'πῖνε καὶ ἦσθε διάκτοροσ Ἀργεϊφόντησ. 94^a = η 177
95 αὐτὰρ ἐπεὶ 'δείπνησε καὶ ἤραρε θυμὸν ἐδωδῆι, 95 = ξ 111

84 πόντον ἔπ' ἀτρύγετον 'δερκέσκετο δάκρυα λείβων. 84 = 158
91 ἀλλ' ἕπεο προτέρω, ἵνα τοι πὰρ ξείνια θήω. 91 = Σ 387

80. εἴ] ἤ Ar. — ναίει] sic Ar., ναίοι G. || 82. περ G P] γε F. || 83. ἐρέχθων] sic Ar., ἐρίχθων Apio. Cf. Ψ 317 et 30. || 84. Ar. — || 89. ἀνώγει H^1] ἄνωγεν Ω. Cf. § 225. || 90. ἐστί] ἔσται k (cf. Ξ 196). || 91. Habet D, om. G F P H; cf. vs. 86.

saepius antehac adiisse existimandus est. Cf. κ 330—332 et μ 389. — Ut hoc loco, sic et alibi passim poeta insignem et multo maiorem, quam solet poeta Iliadis, dedit operam ut probabilia sibi et audientibus redderet quae narraret. Nempe non certa et indubitata esse profitebatur quaecunque caneret a Musa edoctus, sed fando tantum audivisse se aiebat quae de vita deorum proferret (ζ 42). Itaque, credi si sibi vellet, probabilia sibi proferenda esse sentiens identidem respondit ad huiuscemodi quaestiones et quaestiunculas, levioris haud raro momenti: „Hoc cur factum est?” „Fieri id quomodo potuit?” Cf. α 320 δ 802 ε 197, 199 θ 448 ι 163—165, 338 sq., 428, 508—510 κ 73—76, 222 sq., 330—332, 569—574 μ 389 sq. ν 113 π 161, 208—212, 356 sq., 456—458 ρ 10 τ 27 sq., 287, 360, 478 sq. υ 187 sq. φ 95 χ 491. Cui studio ipsum Odysseae poetam hoc quoque loco indulsisse non est cur negemus, sequendi igitur non sunt qui cancellis hos versus incluserunt. In Iliade si qua huiuscemodi extant, alias ob causas suspicionem movent (cf. Ε 340—342 et Β 783 Ω 615), et in Odysseam quoque unum certe eiusmodi versum postmodo irrepsisse θ 365 testatur dictio inconcinna.

82. Cf. δ 557.

87. χρυσόρραπι] de Mercurii *caduceo* cf. supra vs. 47—49 et Ω 339—345; epitheton redit κ 277, 331 et in hymnis.

89. αὔδα] § 195.

90. τετελεσμένον ἐστί] cf. Ξ 196.

91. θήω] § 122.

93. 'κέρασσε] cf. Α 598.

καὶ τότε δή ϝε ϝέπεσσιν ἀμειβόμενοσ προσέϝειπε· 96 = κ 500
„εἰρωτᾶισ μ' ἐλθόντα θεὰ θεόν· αὐτὰρ ἐγώ τοι
νημερτὲσ τὸν μῦθον ἐνισπήσω, κέλεαι γάρ.
Ζεὺσ ἐμέ γ' ἤνωγεν δεῦρ' ἐλθέμεν οὐκ ἐθέλοντα·
τίσ κε ϝεκὼν τοσσόνδε διαδράμοι ἁλμυρὸν ὕδωρ
ἄσπετον! οὐδέ τισ ἄγχι βροτῶν πόλισ, οἵ τε θεοῖσι
ἱερά τε ῥέζουσι καὶ ἐξαίτουσ ἑκατόμβασ. 102ᵇ cf. τ 366
ἀλλὰ μάλ' οὔ πωσ ἔστι Διὸσ νόον αἰγιόχοιο 103 sq. cf. Hes.
οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν οὔθ' ἁλιῶσαι. Theog. 613 Oper. 105
φησί τοι ἄνδρα παρέμμεν' ὀϊζυρότατον ἄλλων, 103 cf. 137
τῶν ἀνδρῶν οἳ ϝάστυ πέρι Πριάμοι' ἐμάχοντο 104 = 138
εἰνάϝετεσ, δεκάτωι δὲ πόλιν πέρσαντεσ ἔβησαν 107 cf. ξ 241
ϝοίκαδ', ἀτὰρ ἐν νόστωι Ἀθηναίην ἀλίτοντο,
ἥ σφιν ἐπῶρσ' ἄνεμόν τε κακὸν καὶ κύματα μακρά.
ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντεσ ἀπέφθιθεν ἐσθλοὶ ἑταῖροι, 110 sq. = 133 sq.
τὸν δ' ἄρα δεῦρ' ἄνεμόσ τε φέρων καὶ κῦμ' ἐπέλασσε. 110 = η 251 110ᵇ cf. ψ 331
τὸν νῦν σ' ἤνωγεν ἀποπεμπέμεν' ὅττι τάχιστα·
οὐ γάρ ϝοι τῆιδ' αἶσα φίλων ἄπο νόσφιν ὀλέσθαι,
ἀλλ' ἔτι ϝοι μοῖρ' ἐστὶ φίλουσ ϝιδέμεν καὶ ἱκέσθαι 114 sq. cf. Δ 475 sq.
ϝοῖκον ἐσ ὑψόροφον καὶ ἑϝὴν εἰσ πατρίδα γαῖαν.“ 115 = 42
ὣσ 'φάτο, 'ρίγησεν δὲ Καλυψώ, δῖα θεάων, 116ᵃ = Γ 259
καί μιν φωνήσασ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·

96. ϝε Bentley] μιν. ‖ 97 sq. Ar. — ‖ 98. νημερτὲσ l] -τέα W, -τέωσ Ω. Cf. § 8 et Γ 131. ‖ 99. ἤνωγεν § 225] ἠνώγει. ‖ 100. κε Bentley] δ' ἂν. Cf. χ 12 'μέμβλετο· τίσ κ' οἴοιτο et § 326. ‖ 107—111. Ar. — ‖ 110. ἀπέφθιθεν] sic Ar., -φθιθον G P²; *-φθίατ'(ο), ut Δ 251? Item ε 133 η 251 ψ 331. Cf. § 119 et 166. ‖ 112. ἤνωγεν § 225] ἠνώγειν Ar., -γει Ω. ‖ 114. φίλουσ D S] -λουσ τ' Ω. ‖ 117. ἔπεα] neglecto ϝ (cf. Ο 35).

97 sq. Cf. A 362—365.

98. ἐνισπήσω] cf. H 447.

103 sq. *Sed Iovi obedire et me oportet et ceteros immortales.* Sic Mercurius callide transitum parat ad id quod mandatum sibi habet, Nymphae id minime gratum fore sentiens.

105. παρέμμεν'(αι)] § 125.

— ὀϊζυρότατον ἄλλων] cf. A 505 et de superlativi forma § 20.

106. Πριάμοι'(ο)] § 59.

107. Cf. α 88 sqq.

108. Achivos redeuntes peccasse in urbis deam tutelarem, finxit recentior poetarum aetas. Quae dea Achivis in mythis Homero vetustioribus vel sic adversa fuit; cf. γ 132—135.

111. δεῦρ'(ο)] post longos errores et varia pericula exantlata, quae praetermittit Mercurius, utpote ad rem non facientia. Sufficit enim id quod ultimum hactenus Ulixi accidit nunc commemorasse: naufragum cunctis sodalibus amissis excidisse in littus Ogygiae.

114. ϝιδέμεν] § 126.

„σχέτλιοί ἐστε, θεοί, ζηλήμονεσ ἔξοχον ἄλλων,
οἵ τε θεῆισιν ἄγασθε παρ' ἀνδράσιν εὐνάζεσθαι
ἀμφαδίην, εἴ τίσ τε φίλον ποιήσετ' ἀκοίτην.
ὣσ μέν, ὅτ' Ὀαρίων' ἕλετο ῥοδοδάκτυλοσ Ἠώσ,
τόφρα ϝοι ἠγαίεσθε θεοὶ ῥεῖα ζώοντεσ,
ὄφρα ϝ' ἐν Ὀρτυγίηι χρυσόθρονοσ Ἄρτεμισ ἁγνὴ
ϝοῖσ' ἀγανοῖσι βέλεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνε.
ὣσ δ' ὁπότ' Ἰασίωνι ἐϋπλόκαμοσ Δημήτηρ
ϝῶι θυμῶι ϝείξασα 'μίγη φιλότητι καὶ εὐνῆι
νειῶι ἔνι τριπόλωι· οὐδὲ δϝὴν ἦεν ἄπυστοσ

118 cf. Ω 33
122ᵇ = Z 138
124 = λ 173, 199 cf. Ω 759
126 sq. cf. Hes. Theog. 970 sq.
126ᵃ cf. I 598
127ᵇ cf. δ 675

118. ζηλήμονεσ] δηλ. l. a. ant. (ut Ω 33). — ἔξοχον ἄλλων] -χα πάντων K (cf. δ 171). || 119. *θεῆισιν ἄγασθε] θεαῖσ ἀγάασθε. Cf. vs. 129 et § 57, 305. || 120. εἴ § 326] ἤν vel ἤ. || 121. Ὀαρίων'(α)] Ὠρ. Ω. Cf. Σ 486. — ἕλετο] ἕλε F¹. || 122. ἠγαίεσθε § 305] ἠγάασθε. || 123 sq. (immo 121—124). Quidam (Ar.?) olim —— || 123. *ὄφρα ϝ'(ε)] εἵωσ (ἕωσ, ὧσ) μιν. Cf. § 8 et 323. — ἁγνὴ] -ῆι Apio. || 127. τριπόλωι] -πύλωι l. a. ant.

118. ἔξοχον ἄλλων] cf. Z 194.

121. Fabula, quae est de *Orione* ab *Aurora* rapto, videtur dicere sidus Orionis per partem anni (cf. Hes. Op. 598) soli tam propinquum ut veluti in solis radiis lateat ab Aurora abditum. Idem dicit fabula ea qua Orion „mortem obiisse fertur" (vs. 123 sq.).

123 sq. Diana alibi solas *feminas* sagittis suis occidere dicitur (schol.), viros vero Apollo; de nominibus ἀγανοῖσι βέλεσσιν cf. γ 280 et § 60. *Scorpionis ictu* Orionem venatorem, ipsius Dianae ὀαρίωνα sive ὀαριστήν (cf. Σ 488 X 29 Hes. Op. 619), interemtum aiebat Hesiodus (fr. 182). Obiisse ideo est dictus quia eius sidus per decimam fere anni partem in caelo nocturno non cernitur; umbram autem vita functi Ulixes vidit in regione mortuorum λ 572—575. Quamquam non satis liquet quam rationem inter *sidus* Orionis (cf. vs. 274) et ipsum *heroëm* dudum vita functum intercedere putaverit poeta. — *Ortygia* commemoratur etiam ο 404, qui cf.

125—128. Haec fabula etiam ab Hesiodo Theog. 969 sqq. commemoratur, qui in *Creta* Cererem cum Iasione concubuisse ait; praeterea cf. Theocr. III 50 Diodor. V 48 sq. al. Qua fabula primitus celebrabatur ὁ ἱερὸσ γάμοσ patris caelestis cum terra matre (cf. Ξ 346—351); sed deus qui fuerat postquam in heroëm mortalem abiit, interemtus est ab eo qui in eius locum subiit, Iove. Cum prisco *Iăsiōnis* nomine quin cohaereat terrae Peloponnesiae nomen Ἴασον Ἄργοσ σ 246, dubium non videtur; veri autem est simile cohaerere etiam *Iāsŏnis* et gentis τῶν Ἰαόνων nomina, ut *Argivorum* nomen cum nomine *Argi* (cf. B 101—108).

127. τριπόλωι] *tertium arato*, tum cum fit sementis (Theophr. Caus. Pl. III 20 § 8). Cf. Σ 542 et Hes. Op. 467 sqq.: ἀρχόμενοσ τὰ πρῶτ' ἀρότου, . . . ὁ δὲ τυτθὸσ ὄπισθε | δμώιοσ ἔχων μακέλην πόνον ὀρνίθεσσι τιθείη | σπέρμα κατακρύπτων (qui puer ἐπισκαφεύσ audit Hesych. s. v.).

Ζεύσ, ὅσ μιν κατέπεφνε βαλὼν ἀργῆτι κεραυνῶι.
ὣσ δ' αὖ νῦν μοι ἄγασθε, θεοί, βροτὸν ἄνδρα παρεῖναι.
τὸν μὲν ἐγὼν ἐσάωσα περὶ τρόπιοσ βεβαῶτα
οἶον, ἐπεί ϝοι νῆα θοὴν ἀργῆτι κεραυνῶι 131 cf. η 249 / 131ᵇ = μ 387
Ζεὺσ ἐλάσασ ἐκέασσε μέσωι ἐνὶ ϝοίνοπι πόντωι. 132sq. = η 250sq.
ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντεσ ἀπέφθιθεν ἐσθλοὶ ἑταῖροι, 132 cf. μ 388 / 132ᵇ = τ 172
τὸν δ' ἄρα δεῦρ' ἄνεμόσ τε φέρων καὶ κῦμ' ἐπέλασσε. 133sq. = 110sq.
τὸν μὲν ἐγὼ 'φίλεόν τε καὶ ἔτρεφον, ἠδέ ϝ' ἔφασκον 135ᵇ cf. η 256 ψ 335
θησέμεν' ἀθάνατον καὶ ἀγήραον ἤματα πάντα. 136 = η 257 ψ 336 cf. Θ 539
ἀλλ' ἐπεὶ οὔ πωσ ἔστι Διὸσ νόον αἰγιόχοιο 137 cf. 103
οὔτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν οὔθ' ἁλιῶσαι, 138 = 104
ϝερρέτω, εἴ μιν κεῖνοσ ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει,
πόντον ἔπ' ἀτρύγετον. πέμψω δέ μιν οὔ πηι ἐγώ γε·
οὐ γάρ μοι πάρα νῆεσ ἐπήρετμοι καὶ ἑταῖροι, 141 cf. δ 559
οἵ κέν μιν πέμποιεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσησ. 142 = δ 560
αὐτάρ ϝοι πρόφρων ὑποθήσομαι οὐδ' ἐπικεύσω,
ὥσ κε μάλ' ἀσκηθὴσ ϝὴν πατρίδα γαῖαν ἵκηται.“ 144 = 26
τὴν δ' αὖτε προσέϝειπε διάκτοροσ Ἀργεϊφόντησ·
„οὕτω νῦν ϝ' ἀπόπεμπε, Διὸσ δ' ἐποπίζεο μῆνιν, 146ᵇ cf. ξ 283 h. Ven. 291
μή πώσ τοι μετόπισθε κοτεσσάμενοσ χαλεπήνηι.“ 147ᵇ = Π 386
ὣσ ἄρα φωνήσασ ἀπέβη κρατὺσ Ἀργεϊφόντησ.

---

129. *ἄγασθε* Herodian. F] *ἀγάασθε* G P, *ἀγᾶσθε* H K. Cf. § 305. ‖ 132. *ἐλάσασ* Zen. G F] *ἔλσασ* (i. e. *ϝέλσασ*) Ar. P U² (item codd. multi η 250; cf. ε 314 μ 416 ξ 306). *Percutere* navem fulmen dicitur aptius quam *torquere*. ‖ 133. *ἀπέφθιθεν*] *-θον* P. Cf. vs. 110. ‖ 135. *ϝ'(ε)*] add. Bentley; *ἠδὲ πίφαυσκον* Naber (cf. Κ 202, 478 μ 165). ‖ 146. **ϝ'(ε)*] addidimus.

---

131 sq. *Fulmine eius navem feriit Iuppiter*. Iratus videlicet ei erat Iuppiter propter boves Solis ab eius sodalibus mactatos. Sic certe rem enarravit poeta Odysseae. Sed priscae fabulae ferebant Iovem Ulixi ceterisque Achivis inde ab initio itineris succensuisse (cf γ 132—135).

136. θησέμεν'(αι)] § 125. Cogita: *ambrosiam et nectar ei praebendo* (cf. vs. 196—199).

137. ἐπεί] *quoniam, ut modo dixisti*.

140. πέμψω — γε] *non retinebo, neque tamen ipsa deducam*. Neque potuisset id dea si voluisset, neque voluisset si potuisset. Et fortasse sperabat fore ut Ulixes ratem sibi struere nequiret. Nisi autem potuisset ὁ πολυμήχανοσ alumnus Minervae, quae dea ipsa ei opitulari iam non poterat (cf. ν 314—321), Ogygiae mansurus erat in perpetuum, Calypsus maritus immortalis (cf. vs. 135 sq.).

141. ἐπήρετμοι] cf. β 403.

146. οὕτω] *ita ut potes, ita ut dixisti*; non revera eum πέμπουσα, quoniam naves tibi non sunt praesto, sed non retinens certe.

ἡ δ᾽ ἐπ᾽ Ὀδυσσῆα μεγαλήτορα πότνια Νύμφη
ἤϊ᾽, ἐπεὶ δὴ Ζηνὸσ ἐπέκλυεν ἀγγελιάων.
τὸν δ᾽ ἄρ᾽ ἐπ᾽ ἀκτῆσ ηὗρε καθήμενον· οὐδέ ποτ᾽ ὄσσε
δακρυόφιν ᾽τέρσοντο, κατείβετο δὲ γλυκὺσ αἰὼν
νόστον ὀδυρομένωι, ἐπεὶ οὐκέτι ᾽ϝάνδανε Νύμφη.
ἀλλ᾽ ἦ τοι νύκτασ μὲν ἰαύεσκεν καὶ ἀνάγκηι
ἐν σπέεσι γλαφυροῖσι παρ᾽ οὐκ ἐθέλων ἐθελούσηι,
156 ἤματα δ᾽ ἐν πέτρηισι καὶ ἠϊόνεσσι καθίζων
158 πόντον ἐπ᾽ ἀτρύγετον ᾽δερκέσκετο δάκρυα λείβων. 158 = 84
ἀγχόθι δ᾽ ἱσταμένη προσεφώνεε δῖα θεάων·
„κάμμορε, μή μοι ἔτ᾽ ἐνθάδ᾽ ὀδύρεο, μηδέ τοι αἰὼν 160 sq.[a] cf. σ 203 sq.
φθινέτω· ἤδη γάρ σε μάλα πρόφρασσ᾽ ἀποπέμψω.
ἀλλ᾽ ἄγε δούρατα μακρὰ ταμὼν ἁρμόζεο χαλκῶι
εὐρεῖαν σχεδίην· ἀτὰρ ἴκρια πῆξαι ἐπ᾽ αὐτῆσ
ὑψόθι, ὥσ σε φέρηισιν ἐπ᾽ ἠεροϝειδέα πόντον.
αὐτὰρ ἐγὼ σῖτον καὶ ὕδωρ καὶ ϝοῖνον ἐρυθρὸν
ἐνθήσω μενοϝεικέ᾽, ἅ κέν τοι λιμὸν ἐρύκοι,
ϝείματά τ᾽ ἀμφιϝέσω· πέμψω δέ τοι οὖρον ὄπισθε, 167[b] cf. ο 34
ὥσ κε μάλ᾽ ἀσκηθὴσ σὴν πατρίδα γαῖαν ἵκηαι, 168 cf. 26
αἴ κε θεοί γ᾽ ἐθέλωσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι,
οἵ μεο φέρτεροί εἰσι νοῆσαί τε κρῆναί τε.“
ὣσ ᾽φάτο, ᾽ρίγησεν δὲ πολύτλασ δῖοσ Ὀδυσσεὺσ 171[a] = Γ 259

157 δάκρυσι καὶ στοναχῆισι καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων 157 = 83

156. ἐν] ἄμ Ar. (cf. Θ 441). || 157. Habent F D, in marg. P, om. G H M (cf. vs. 204). || 159. ἀγχόθι δ᾽(ἐ)] cf. Β 172. || 163. ἀτὰρ ἴκρια πῆξαι ἐπ᾽ αὐτῆσ] ἐν δ᾽ ἴκρια πῆξαι ἐν αὐτῆι H. — πῆξαι] -ξον F. || 168. ἵκηαι] ἵκοιο Aristoph. || 170. τε κρῆναι] *κρηῆναι? cf. § 267.

151--156. Cf. δ 557.

153. νόστον ὀδυρομένωι] cf. Β 290. — ἐπεὶ οὐκέτι ᾽ϝάνδανε Νύμφη] placuit sane dea tum cum naufragum cibo et vestibus refectum cubili est dignata, quemadmodum et Circe aliquantisper ei placuit (cf. κ 469). Sed in perpetuum apud alterutram desidere noluit vir strenuus. Per longos annos — nam septennium mansit Ogygiae (cf. η 259—261) — patriam amissam luxit. De verbo ϝανδάνειν cf. β 114.

155. σπέεσι] § 71.

163. ἴκρια] cf. vs. 243—261.

164. ὑψόθι] § 15 et 322.

170. μεο] § 92.

— κρῆναι] § 267.

171—173. Ulixes non is fuit qui facile cuiquam confideret; sic sibi aliisque saepe salutem invenit. Cf. δ 271—289 κ 336—344. Nunc autem post multorum annorum desperationem fidem non habet subitae huic rerum suarum in melius conversioni, et credere non audet quae nimis sunt

καί μιν φωνήσασ ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα·
„ἄλλο τι δὴ σύ, θεά, τόδε μήδεαι οὐδέ τι πομπήν,
ἥ κέλεαι σχεδίηι περάειν μέγα λαῖτμα θαλάσσησ, 174ᵇ = δ 504
δϝεινόν τ' ἀργαλέον τε· τὸ δ' οὐδ' ἐπὶ νῆεσ ἐϝῖσαι 175ᵃ = 367 μ 119 φ 169
ὠκύποροι περάουσιν ἀγαλλόμεναι Διὸσ οὔρωι.
οὐδέ κ' ἐγώ γ' ἀϝέκητι σέθεν σχεδίησ ἐπιβαίην, 177 cf. κ 342
εἰ μή μοι τλαίησ γε, θεά, μέγαν ὅρκον ὀμόσσαι, 178sq. = κ 343sq. 178 cf. h. Ap. 79 Merc. 518
μή τί μοι αὐτῶι πῆμα κακὸν βουλευσέμεν' ἄλλο.“ 178ᵇ sq. cf. κ 299
ὣσ 'φάτ'· ἐμείδησεν δὲ Καλυψώ, δῖα θεάων, 179 cf. 187 [sq.
χειρί τέ μιν κατέρεξε, ϝέποσ τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζε· 181 = Δ 361
„ἦ δὴ ἀλιτρόσ γ' ἐσσὶ καὶ οὐκ ἀποφώλια ϝειδώσ,
οἷον δὴ τὸν μῦθον ἐπεφράσθησ ἀγορεῦσαι.
ϝίστω νῦν τόδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸσ εὐρὺσ ὕπερθε 184-186 = Ο 36 sqq. h. Ap. 84 sqq.
καὶ τὸ κατειβόμενον Στυγὸσ ὕδωρ, ὅσ τε μέγιστοσ
ὅρκοσ δϝεινότατόσ τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι,
μή τί τοι αὐτῶι πῆμα κακὸν βουλευσέμεν' ἄλλο· 187 = κ 300 cf. ε 179
ἀλλὰ τὰ μὲν νοέω καὶ φράσσομαι, ἅσσα κ' ἐμοί περ
αὐτῆι μηδοίμην, ὅτε με χρηὼ τόσον ἵκοι.

---

174. ἥ Ernesti] ἤ με. Cf. Ω 434. || 177. ἐγώ γ'(ε) G F] ἐγὼν P. || 178. θεά] θεῶν Bothe (item κ 343) coll. κ 299. || 179. αὐτῶι] *αὐτή? Cf. η 263. — ἄλλο] ἄλλοισ Aristoph. (?) || 182. γ'(ε) F P²] τ' G P¹ H. || 185. ὕδωρ] ὕδατοσ l. a. ant. || 186. Cf. Ο 38. || 188. ἅσσα κ'(ε) § 326] ἅσσ' ἂν (G) vel ὅσσ' ἂν (F P).

---

laeta quam ut veris videantur similia. Haud aliter eius uxor posthac diffidet ancillae filioque Ulixem rediisse nuntiantibus ψ 1 sqq.

174. περάειν] § 191.

175 sq. τὸ δ' οὐδ' ἐπὶ νῆεσ ἐϝῖσαι | ὠκύποροι περάουσιν] de structura verborum cf. Β 613, de verbi περάουσιν forma § 191. — Tam procul ab hominum sedibus Calypso in medio mari habitat (cf. α 50) ut nullae naves illuc perveniant unquam.

176. ἀγαλλόμεναι Διὸσ οὔρωι] cf. δ 708.

177. οὐδέ κ'(ε)] § 326.

178. τλαίησ] cf. Ε 215.

179. Confluxere duae notiones: *nihil mali te mihi struere* et: *nova te calamitate me non affecturam.* Hinc futurum βουλευσέμεναι, de quo loquendi genere cf. Κ 88. Sed pronominis αὐτῶι, quod versu par. κ 344 est aptissimum, h. l. quae sit vis non liquet. — Ad rem quod adtinet, cum aliae metuendi causae erant Ulixi, tum anni tempus hibernum navigantibus quam maxime infaustum (cf. vs. 268 et 467 sq.).

180. ἐμείδησεν] viri amati cautum animum laudat dea, ut Minerva ν 287 sqq.

182. ἀποφώλια] *vana, irrita.* Ignotae originis adi. redit θ 177 λ 249 ξ 212.

184. ϝίστω] singularis ut Α 255.

185. κατειβόμενον] cf. Θ 369.

187. Cf. vs. 179.

188. ἅσσα κ'(ε)] § 326.

189. χρηώ] § 190.

καὶ γὰρ ἐμοὶ νόοσ ἐστὶν ἐναίσιμοσ, οὐδέ μοι αὐτῆι
θυμὸσ ἐνὶ στήθεσσι σιδήρεοσ, ἀλλ' ἐλεήμων."
ὣσ ἄρα φωνήσασ' ἡγήσατο δῖα θεάων — 192 cf. β 405
καρπαλίμωσ, ὃ δ' ἔπειτα μετ' ἴχνεα 'βαῖνε θεοῖο. — 193 = β 406
ἶξον δὲ σπέοσ εἲσ γλαφυρὸν θεὸσ ἠδὲ καὶ ἀνήρ·
καί ῥ' ὃ μὲν ἔνθα καθῖζεν ἐπὶ θρόνου, ἔνθεν ἀνέστη — 195 cf. σ 157 φ 139, 166 ψ 164
Ἑρμείασ, Νύμφη δὲ 'τίθει πάρα πᾶσαν ἐδωδήν,
ἔσθειν καὶ πίνειν, οἷα βροτοὶ ἄνδρεσ ἔδουσι· — 197ª cf. Ω 476
αὐτὴ δ' ἀντίον ἷζεν Ὀδυσσῆοσ θείοιο, — 198 cf. Ι 218
τῆι δὲ παρ' ἀμβροσίην δμωιαὶ καὶ νέκταρ ἔθηκαν.
οἳ δ' ἐπ' ὀνείαθ' ἑτοῖμα προκείμενα χεῖρασ ἴαλλον. — 200 = Ι 91
αὐτὰρ ἐπεὶ 'τάρπησαν ἐδητύοσ ἠδὲ ποτῆτοσ, — 201 cf. Λ 780
τοῖσ' ἄρα μύθων ἦρχε Καλυψώ, δῖα θεάων·
„διογενὲσ Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ, — 203 sq. = Β 173 sq.
οὕτω δὴ ϝοῖκόνδε φίλην εἰσ πατρίδα γαῖαν
αὐτίκα νῦν ἐθέλεισ ἴμεναι; σὺ δὲ χαῖρε καὶ ἔμπησ.
εἰ μὲν ϝειδείησ σῆισι φρεσίν, ὅσσα τοι αἶσα
κήδε' ἀναπλῆσαι πρὶν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι,
ἐνθάδε κ' αὖθι μένων σὺν ἐμοὶ τόδε δῶμα φυλάσσοισ
ἀθάνατόσ τ' εἴησ, ἱμειρόμενόσ περ ἰδέσθαι
σὴν ἄλοχον, τῆσ τ' αἰὲν ἐϝέλδεαι ἤματα πάντα. — 210 cf. Ξ 269
οὐ μέν θην κείνησ γε χερείων εὔχομαι εἶναι,
οὐ δέμασ οὐδὲ φυήν, ἐπεὶ οὔ πωσ οὐδὲ ϝεϝοικε — 212ª = Λ 115
θνητὰσ ἀθανάτηισι δέμασ καὶ ϝεῖδοσ ἐρίζειν."
τὴν δ' ἀπαμειβόμενοσ προσέφη πολύμητισ Ὀδυσσεύσ·

---

193. *ἴχνεα*] cf. *Ν* 71. ‖ 194. *σπέοσ εἲσ* (*ἒσ*) Nauck] *σπεῖοσ*. Cf. § 71. ‖ 195. *καθῖζεν* (*κάθιζεν*) G F] *καθέζετ'* P H. Cf. *Γ* 426. — *ἔνθεν ἀνέστη*] *ἔνθα καθῆστο* F[1]. ‖ 204. In W additur versus: *δάκρυσι* — *ἐρέχθων* (= vs. 83, 157). ‖ 206. *εἰ* Knight] *εἴ γε*. — *ὅσσα* F] *ἅσσα* G P. ‖ 207. *ἀναπλῆσαι*] *-τλῆναι* l. a. (cf. *ξ* 47 *γ* 104 *κ* 327 et v. l. *ε* 302 *ν* 307 *π* 205). ‖ 208. *σὺν*] sic Ar., *παρ'* Eust. ‖ 209 et 220. *ἰδέσθαι*] ι neglecto *ϝ*; cf. *γ* 233. ‖ 210. *τ'(ε)* G P] om. F (cf. *Ξ* 269 et 276).

---

191. σιδήρεοσ] cf. Ρ 424.

197 et 199. Cf. Ε 340—342 et ε 79 sq. — Si apud deam manere voluisset Ulixes, ambrosiam, non cibum terrestrem, haec ei praebuisset, ut immortalem faceret ἀντὶ βροτοῖο ἀρούρησ καρπὸν ἔδοντοσ (cf. vs. 135 sq. et Ζ 142).

204. οὕτω δή] cf. Β 158.

205. ἴμεναι] § 125.

209. Quo clarius exprimantur quae in poetae sunt mente, deae verba sic possunt reddi: *si manseris, tali vita apud me fruiturus es quali in Elysio mox fruentur Menelaus et Helena* (cf. δ 561—569).

„πότνα θεά, μή μοι τόδε χώεο· ϝοῖδα καὶ αὐτὸσ 215 cf. ψ 213
πάντα μάλ', οὕνεκα σεῖο περίφρων Πηνελόπεια
ϝεῖδοσ ἀκιδνοτέρη μέγεθόσ τ' εἰσ ἄντα ϝιδέσθαι·
ἣ μὲν γὰρ βροτόσ ἐστι, σὺ δ' ἀθάνατοσ καὶ ἀγήρωσ.
ἀλλὰ καὶ ὣσ ἐθέλω καὶ ἐϝέλδομαι ἤματα πάντα 219ᵇ = Ξ 276
ϝοίκαδέ τ' ἐλθέμεναι καὶ νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι· 220 = γ 233
εἰ δ' αὖ τισ ῥαίησι θεῶν ἐνὶ ϝοίνοπι πόντωι,
τλήσομαι, ἐν στήθεσσιν ἔχων ταλαπενθέα θυμόν.
ἤδη γὰρ μάλα πόλλ' ἔπαθον καὶ πόλλ' ἐμόγησα 223ᵇ = Ι 492
κύμασι καὶ πολέμωι· μετὰ καὶ τόδε τοῖσι γενέσθω.“ 224 = ρ 285
ὣσ ἔφατ'· ἠέλιοσ δ' ἄρ' ἔδυ καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε. 225 = γ 329
ἐλθόντεσ δ' ἄρα τώ γε μυχῶι σπέεοσ γλαφυροῖο
'τερπέσθην φιλότητι παρ' ἀλλήλοισι μένοντε.

Ὀδυσσέωσ σχεδία.

ἦμοσ δ' ἠριγένεια 'φάνη ῥοδοδάκτυλοσ Ἠώσ, 228 = Α 477
αὐτίχ' ὃ μὲν χλαῖνάν τε χιτῶνά τε 'ϝέννυτ' Ὀδυσσεύσ, 229 cf. κ 542
αὐτὴ δ' ἀργύφεον φᾶροσ μέγα 'ϝέννυτο Νύμφη 230sq. = κ 543sq.
λεπτὸν καὶ χαρίεν, περὶ δὲ ζώνην 'βάλετ' ἰξυῖ 231ᵃ cf. Χ 511
καλὴν χρυσείην, κεφαλῆι δ' ἐφύπερθε καλύπτρην. 232 cf. κ 545
καὶ τότ' Ὀδυσσῆϊ μεγαλήτορι 'μήδετο πομπήν,
'δῶκε δέ ϝοι πέλεκυν μέγαν, ἄρμενον ἐν παλάμῃσι, 234ᵇ = Σ 600
χάλκεον, ἀμφοτέρωθεν ἀκαχμένον, αὐτὰρ ἐν αὐτῶι 235 cf. χ 80
στειλειὸν περικαλλὲσ ἐλάϊνον, εὖ ἐναρηρόσ·

217. ἄντα] sic Ar., alii olim ὦπα. ‖ 219. ἐϝέλδομαι] ἔλδομαι G F P. ‖ 221. ῥαίησι] ῥαίσειε X D S. ‖ 222. ταλαπενθέα] ταλασίφρονα G. ‖ 225. δ' ἄρ'(α)] cf. γ 329. ‖ 227. μένοντε G F² P²] -ντεσ F¹ P¹. ‖ 232. ἐφύπερθε Ar. M K] ἐπέθηκε Ω (ut loco par.). ‖ 234. δέ Bentley] μέν Ω, ἄρα Fick. Cf. ν 430. ‖ 235. ἐν] ἐπ' F¹.

217. ἀκιδνοτέρη] dubiae originis comparativus redit θ 169 σ 130. Quem *deteriorem* vel *magis contemnendum* significare docet contextus.

218. ἀγήρωσ] § 62.

225. ἐπὶ κνέφασ ἦλθε] cf. Α 475.

226. μυχῶι σπέεοσ] cf. Ι 663 et de σπέεοσ forma § 71.

227. Non pugnat hic versus cum vs. 153—155. Qui diu tristis fuit, is nunc ob reditum sibi promissum bono est animo et grato erga deam.

229. χλαῖνάν τε χιτῶνά τε] cf. Ω 588.

231. ἰξυῖ] § 75; vox redit κ 544.

235. ἐν αὐτῶι] mente facile suppletur *erat* e verbo ἔδωκε ductum.

236. στειλειόν] †, *manubrium*, cf. στειλειή φ 422.

ʼδῶκε δʼ ἔπειτα σκέπαρνον ἐΰξοον, ἦρχε δʼ ὁδοῖο
νήσου ἐπʼ ἐσχατιήν, ὅθι δένδρεα μάκρʼ ἐπεφύκει, — 238ª cf. δ 517 238ᵇ = 241 cf. η
κλήθρη τʼ αἴγειρόσ τʼ ἐλάτη τʼ ἔεν οὐρανομήκησ, — 239ª cf. 64 [114
αὖα πάλαι, περίκηλα, τά ϝοι πλώοιεν ἐλαφρῶσ. 240ª = σ 309
αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ ἔδειξʼ ὅθι δένδρεα μάκρʼ ἐπεφύκει, 241ᵇ = 238
ἣ μὲν ἔβη πρὸσ δῶμα Καλυψώ, δῖα θεάων,
αὐτὰρ ὃ ʼτάμνετο δοῦρα, θοῶσ δέ ϝοι ἤνετο ϝέργον.

---

238. *ἐσχατιήν* G F P] *-ῇσ*. Cf. *δ* 517. || 240. *ἐλαφρῶσ*] *-φρά* W. || 242. *δῖα θεάων* F P] *πότνια νύμφη* G. || 243. *ἤνετο* G²] *ἤνυτο Ω*. Cf. § 257 et Σ 473.

---

237. -τᾰ σκέπ.] § 28.

238—240. Tres ibi stabant arbores excelsae, dudum mortuae, quarum siccum igitur erat lignum et facile nataturum.

239. ἔεν] § 302.

— οὐρανομήκησ] *excelsa*, †. Cf. περιμήκησ rupis epitheton N 63, nec non πέτραι Μακραί sive *arduae* nomen lateris septentrionalis rupis Atheniensis et murus Nubilocuculiae Aristophaneae μῆκοσ sive *altitudinem* pedum sexcentum habens (Ar. Av. 1130).

240. περίκηλα] *bene sicca*. Adi. σ 309 redit; cf. κήλε(ι)οσ Θ 217 al.

— πλώοιεν] § 185.

— ἐλαφρῶσ] quoniam non *navem* εὖ στέγουσαν constructurus erat Ulixes, sed *ratem*, per cuius rimas undis liber futurus esset aditus (cf. vs. 243—261), ligna elegit quam levissima.

243—261. In his versibus interpretandis tenendum est non *navigium* construi, sed *ratem*, qualem Ulixes ope bipennis et asciae et terebrae — haec enim sola instrumenta ei praebuit Calypso (cf. vs. 234—237 et 246) — ex silvae arboribus potuerit fabricari. Non cuiusvis profecto hoc erat opus, ad quod perficiendum requirebatur vir multo magis robustus et sollers quam fuit fabulae recentioris heros Robinson Crusoe, sed vires humanas artemve humanam non ultra certe quam credi posset superabat labor. Arborum deiectarum truncos ramis recisis Ulixes inter se iunxit ope γόμφων sive *clavorum ligneorum*, foraminibus terebratis immissorum, dein validis ictibus adactorum, atque ἁρμονιάων sive *iuncturarum*, quo vocabulo *sudes transversae* fortasse nunc significantur. In media autem rate ita composita erexit *tabulatum*, — mensae simile, ut brevitatis causa ita dicamus, — in quo victum collocaret et siccus sederet ipse gubernaculum tenens. Oram ratis saepsit *cratibus vimineis* ad vim fluctuum alluentium frangendam, *struem virgultorum* iniecit (tabulato), *malo* autem erecto *antennaque* ornato, dein *velo* confecto e linteis quae praebuerat Calypso, suscepit iter, propellente vento secundo, quem pollicita erat dea. — Vehementer errarunt qui participio στήσασ decepti nomen ἴκρια lingua invita *costas* sive olim interpretati sunt (cf. Hesych. s. v.) sive aetate nobis proxima, *navem* videlicet („Blockschiff" Breusing; cf. l. a. vs. 277), non *ratem*, intra triduum a Minervae alumno constructam esse sibi persuadentes. Sic inepta fiunt

244 ϝείκοσι δ᾽ ἔκβαλε πάντα, ᾽πελέκκησεν δ᾽ ἄρα χαλκῶι.
246 τόφρα δ᾽ ἔνεικε τέρετρα Καλυψώ, δῖα θεάων· 246 cf. 258
᾽τέτρηνεν δ᾽ ἄρα πάντα καὶ ἥρμοσεν ἀλλήλοισι,
γόμφοισιν δ᾽ ἄρα τήν γε καὶ ἁρμονίηισιν ἄρασσε.
ὅσσον τίσ τ᾽ ἔδαφοσ νηὸσ τορνώσεται ἀνὴρ
φορτίδοσ εὐρείησ, ἐῢ ϝειδὼσ τεκτοσυνάων, 250ᵃ = ι 323
τόσσον ἔπ᾽ εὐρεῖαν σχεδίην ᾽ποιήσατ᾽ ᾽Οδυσσεύσ.

---

245 ᾽ξέσσε δ᾽ ἐπισταμένωσ καὶ ἐπὶ στάθμην ἴθυνε. 245 cf. ρ 341 φ 44 ψ 197 245ᵇ = φ 121

---

245. *Delevimus. Amussis Ulixi neque praesto fuit, neque utilis esse poterat ratem compingenti. || 246 sq. Alterum utrum damnabat Aristoph.; ambos servabat Ar. || 248. ἄρασσε] ἄραρεν X¹ i n, ἄρηρεν k Apoll. lex. Eust.; vHerwerden -νησ᾽ ἀράρισκε (cf. ξ 23 ε 361), an *-νηισι συνῆρσε? nam aoristus potius requiritur. Cum vulgata concinit Apoll. Rhod. II 614, cf. etiam III 1318. || 251. ᾽ποιήσατ᾽(ο)] τορνώσατ᾽ l. a.

---

quae poeta lepidissima neque veris dissimilia narravit. Hic ratem quomodo ornatam sibi finxisse videatur indicat quae sequitur imago:



1) ἐπίκριον.
2) κάλοι.
3) ὑπέραι.
4) πόδεσ.
5) ἴκρια.
6) σταμίνεσ.

Omissa sunt, quae addita facile quivis sibi fingit: saepimentum rati circumductum, strues virgultorum tabulato iniecta, ipse denique heros gubernaculum tenens.

244. ᾽πελέκκησεν] § 37.

245. ἐπὶ στάθμην ἴθυνε] cf. quae ad O 410—413 sunt annotata.

247 sq. Singulas trabes paravit et aptavit, dein inter se iunxit.

249—251. Ratem tantam fecit Ulixes quantus esse solet fundus navis onerariae. Verbum autem τορνώσασθαι, quod etiam Ψ 255 legitur, non *rati* sed soli *onerariae* nunc aptum est, et ad eam solam significandam nunc adhibetur; nam dicitur sic alvus πλοίου στρογγύλου. Latior et planior erat fundus onerariis, angustior et curvaturae magis adductae navibus longis.

ἴκρια δὲ στήσασ, ἀραρὼν θαμέσι σταμίνεσσι,
'ποίε', ἀτὰρ μακρῆισιν ἐπηγκενίδεσσ' ἐτελεύτα.
ἐ̃ν δ' ἱστὸν 'ποίει καὶ ἐπίκριον ἄρμενον αὐτῶι·
πρὸσ δ' ἄρα πηδάλιον 'ποιήσατο, ὄφρ' ἰθύνοι.
'φράξε δέ μιν ῥίπεσσι διαμπερὲσ οἰσυΐνηισι,
κύματοσ εἶλαρ ἔμεν· πολλὴν δ' ἐπεχεύατο ὕλην.
τόφρα δὲ φάρε' ἔνεικε Καλυψώ, δῖα θεάων, 258 cf. 246
ἱστία ποιήσασθαι· ὃ δ' εὖ 'τεχνήσατο καὶ τά.
ἐ̃ν δ' ὑπέρασ τε κάλουσ τε πόδασ τ' ἐνέδησεν ἐν αὐτῆι,
μοχλοῖσιν δ' ἄρα τήν γε κατέϝρυσεν εἰσ ἅλα δῖαν.

253. 'ποίε'] sanum? Cf. comment. — ἐπηγκενίδεσσ'(ι)] sic Ar. et Apollonius, ἐπιτανίδεσ<σι> Rhianus in P, ἐπεγκενίδεσσι G. || 256. οἰσυΐνηισι G F] -νοισι P. || 257. πολλὴν δ' ἐπεχεύατο ὕλην] hiatus molestus (ut Ξ 285), ὕλην δ' ἐπ. πολλήν Fick (coll. τ 387). Etiam ἔμεν pro ἔμεναι suspectum est (cf. § 125), pro quo κύματοσ ἔμμεναι εἶλαρ expectaveris. || 260. ἐ̃ν] *εὖ? Praepositio abundat; cf. Ψ 709. — ἐν αὐτῆι G P] ἐπ' αὐτῆσ F. || 261. κατέϝρυσεν] cf. comment.

252. *Tabulatum* (ἴκρια) „horizontale" *statuminibus* (σταμίνεσσι) „verticalibus" — vel potius nonnihil deorsum divergentibus — *suffultum in rate collocat* (ἵστησι). Vox σταμίνεσ †.

253. 'ποίε'(ε)] § 191. — Vert. *struere coepit.* Absolute usurpatum est verbum; cf. ψ 178. Sed languidi quid habet hoc narrationis loco.

— ἐπηγκενίδεσσ'(ι)] vox alibi non obvia quid valeat nescitur, sed *tabulati partem* aliquam significari docet contextus. Fortasse a stirpe ἀγκ (ἀγκών) est ducta.

254. ἐπίκριον] *antennam.* Vox vs. 318 redit.

260. ὑπέρασ] †, *funes quibus reguntur cornua antennae.*

— κάλουσ] *funes.* Quinam funes dicantur ipsa vox non indicat, sed videntur sequendi esse grammatici, qui interpretati sunt *funes antennam sursum et deorsum moventes,* ita ut velum posset pandi antennam attollendo (τοὺσ κάλουσ attrahendo) vel contrahi demittendo (τοὺσ κάλουσ laxando). Qui funes βοῆεσ vocantur β 426 ο 291, quippe *lorei* (ut ἐπίτονοσ μ 423). Cf. A 433. Nullam mentionem fieri τῶν προτόνων (A 434 al.) non est quod miremur; non enim *mobilem,* ut in veris navibus, Ulixes fecit malum aut facere potuit. Quem quomodo erectum tenuerit non dixit poeta, sed firmatum quatuor funibus ab eius apice ad navis fundum ductis quivis facile sibi fingit, quoniam alia ratione satis apte id fieri vix potuit.

— πόδασ] *pedes* sive *funiculos inferiora veli cornua regentes;* item κ 32 Ar. Eq. 436 al.; cf. etiam δ 708 et T 110.

261. Ratem, quam non in vado sed in sicco structam esse poeta dicere videtur, confectam Ulixes in mare *deduxit vectibus.* Id quod *trahendi* verbo insolite nunc significatur. Nam dissimilis est locutio ἀφέλκειν λίθουσ ἅμαισ ab antri orificio (Ar. Pac. 361, 427), quod qui facit, struem vel murum a *fronte* sibi oppositum vecte vel ligone adoritur; Ulixes vero ratem

τέτρατον ἦμαρ ἔεν, καὶ τῶι ’τετέλεστο ϝέκαστα·
τῶι δ’ ἄρα πέμπτωι ἔπεμπ’ ἀπὸ νήσου δῖα Καλυψώ,
ϝείματά τ’ ἀμφιϝέσασα θυώδεα καὶ λούσασα,
ἐν δέ ϝοι ἀσκὸν ἔθηκε θεὰ μέλανοσ ϝοίνοιο
τὸν ἕτερον, ἕτερον δ’ ὕδατοσ μέγαν, ἐν δὲ καὶ ἦια 266sq. cf. ι 212 sq.
κωρύκωι, ἐν δέ ϝοι ὄψ’ ἐτίθει μενοϝεικέα πολλά,
οὖρον δὲ προέηκεν ἀπήμονά τε λιαρόν τε. 268 = η 266; 268ᵇ = Ξ 164
γηθόσυνοσ δ’ οὔρωι ’πέτασ’ ἱστία δῖοσ Ὀδυσσεύσ.
αὐτὰρ ὃ πηδαλίωι ἰθύνετο τεχνηέντωσ
ἥμενοσ· οὐδέ ϝοι ὕπνοσ ἐπὶ βλεφάροισιν ἔπιπτε
Πληϊάδασ τ’ ἐσορῶντι καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην
Ἄρκτον θ’, ἣν καὶ Ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι, 273-275 = Σ 487 sqq.
ἥ τ’ αὖθι στρέφεται καί τ’ Ὀαρίωνα δοκεύει,
οἴη δ’ ἄμμορόσ ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.

262. *ϝέκαστα* Bentley] *ἅπαντα*. ‖ 264. *καὶ λούσασα*] *σιγαλόεντα* Macrob. III 19 § 5. ‖ 266. *ἦια*] pro *ἤϊα* novicium (item ι 212; cf. v. l. β 410); **ἐν δ’ ἤϊα?* ‖ 272. *ἐσορῶντι*] *-ντα* olim quidam. ‖ 274. *Ὀαρίωνα*] *Ὠρ.* Ω. Cf. Σ 486. ‖ 275. Cf. Σ 489.

pilis superstructam a parte *posteriore* vectibus impulisse videtur. Nam *trochleae ope* in mare *protractam* dici ratem non facile quisquam sibi persuadebit. Euripides gigantem commemorans, qui totam urbem μοχλοῖσιν ἐξανέσπασεν βάθρων (Eur. Phoen. 1132), quomodo rem mente sibi informaverit praestat non rogasse. — De verbi forma κατέϝρυσεν cf. § 293.

262. ἔεν] § 302.

264. Prothysteron notabile. Cf. Ω 588 et Timachidas in Hypoth. Eur. Med.; Ulixes a Calypso abit εὖ ἠμφιεσμένοσ καὶ λελουμένοσ.

— λούσασα] § 295.

266. τὸν ἕτερον] § 22.

267. κωρύκωι] vox non nisi vs. par. redit; idem aut fere idem significat quod δοροί β 354, 380, δέρματα β 291.

268. Ventum secundum nisi immisisset dea, spes sine clade in patriam perveniendi heroi vix ulla erat. Tempus enim erat hibernum (cf. vs. 467 sq.), per quatuor autem menses hibernos (Novembrem—Februarium) mare etiam multis saeculis postea clausum habebatur (cf. ex. gr. Nicias apud Thuc. VI 21 § 2 vel Hes. Theog. 618—622, 673—677).

269. ’πέτασ’ ἱστία] cf. A 433.

490 sqq. Quod sequitur Ulixis iter ad regionem mortuorum, id ab Odysseae poeta carmini suo insertum effecit ut heroëm bis Circes insulam adire, bis inde proficisci necesse fuerit. Sic enim cum fabula ea, quae erat de heroë ad suos redeunti, alia fabula est conflata, quae erat de heroë caliginosam defunctorum regionem visenti. Ulixis autem ad sedes mortuorum iter non potest non *supervacaneum* videri dum earum tantum rerum, quae in Odyssea aguntur, habetur ratio, ita ut melius placeat consilium Vergilii, Aeneam ad *patrem* suum visendum in Orci dicionem mittentis. Nam viam in patriam ducentem Ulixi indicare et ventum secundum ei praebere si potuit *Calypso*, poterat etiam *Circe*; quae res praeteritas haud ignoravit (cf. vs. 457—459), viae pericula non minus bene cognita habuit quam Tiresias, ventorum potens fuit (cf. λ 6—8 μ 148—150). At utile atque adeo *necessarium* Ulixis hoc ad inferos iter fit cum et ultima herois fata et e vita eius exitum cogitamus. Ad *finem* enim vitae herois spectat vaticinium (μαντήια μ 272 †), quod dedit ei Tiresias. Domum pervenire etiam sine Tiresia Ulixes poterat: ceteram vitam feliciter transigere non potuit nisi ab hoc edoctus. Hoc igitur vaticinio audito qui poetae aurem praebent de ultima parte vitae herois fiunt certiores (λ 134—137), quemadmodum in Iliade saepius praedicuntur quae in ipso carmine de ultimis fatis Achillis atque Ilii narrari non potuerunt (cf. Π 709 Χ 61). Artissime autem quae in hac carminis parte narrantur cohaerent cum fabula quae fuit de Ulixe in *Thesprotia* aliquantisper commorato. In antiquioribus vero fabulis Tiresiam cum Circe coniunctum non fuisse luculenter testantur μ 267—273; nam alterius utrius verba sufficiebant. — De vi locutionis εἰσ Ἀϝίδαο (vs 491, 502, 512, 564) cf. λ 568—600.

491. ἐπαινῆσ] cf. Ι 457.

492. Non ex eodem solo procrevisse fabulam quae est de Ulixis erroribus atque carmina bellum Troianum celebrantia testatur nomen *Tiresiae*. Pro quo aut *Calchantis* (cf. Α 69 al.) aut *Iovis Dodonaei* (cf. Π 233 et ξ 327 sq.) nomen expectaverit qui Iliadem in mente habeat. Tiresiae autem delubrum subterraneum in caverna aliqua olim fuisse videtur, quale

μάντιοσ ἀλαόο, τοῦ τε φρένεσ ἔμπεδοί εἰσι.
τῶι καὶ τεθνηῶτι νόον ’πόρε Περσεφόνεια
οἴωι πεπνῦσθαι· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.‘
„ὣσ ἔφατ’· αὐτὰρ ἐμοί γε κατεκλάσθη φίλον ἦτορ, 496 = δ 538
’κλαῖον δ’ ἐν λεχέεσσι καθήμενοσ, οὐδέ νύ μοι κῆρ 497 cf. δ 539
ἤθελ’ ἔτι ζώειν καὶ ὁρᾶν φάοσ ἠελίοιο. 498sq. = δ540sq.
αὐτὰρ ἐπεὶ κλαίων τε κυλινδόμενόσ τ’ ἐκορέσθην,
καὶ τότε δή ϝε ϝέπεσσιν ἀμειβόμενοσ προσέϝειπον· 500 = ε 96
‚ὦ Κίρκη, τίσ γὰρ ταύτην ὁδὸν ἠγεμονεύσει;
εἰσ Ἄϝιδοσ δ’ οὔ πώ τισ ἀφίκετο νηῒ μελαίνηι.‘
„ὣσ ἐφάμην, ἣ δ’ αὐτίκ’ ἀμείβετο δῖα θεάων· 503 = 487
„μή τί τοι ἠγεμόνοσ γε ποθὴ παρὰ νηῒ μελέσθω·
ἱστὸν δὲ στήσασ ἀνά θ’ ἱστία λευκὰ πετάσσασ 506 cf. Α 480
ἧσθαι, τὴν δέ κέ τοι πνοιὴ Βορέαο φέρηισι.
ἀλλ’ ὅτε κεν δὴ νηῒ δι’ Ὠκεανοῖο περήσηισ,
ἔνθ’ ἀκτή τ’ ἐλαχεῖα καὶ ἄλσεα Περσεφονείησ,
μακραί τ’ αἴγειροι καὶ ϝιτέαι ὀλεσίκαρποι,

---

504 *διογενὲσ Λαερτιάδη, πολυμήχαν’ Ὀδυσσεῦ,* 504 = 488

---

493. *ἀλαόο* § 59] *ἀλαοῦ* (*ἀγλαοῦ* X). || 497. *δ’ ἐν*] *δὲ* G (cf. Θ 337). — *νύ μοι κῆρ* G F P X] *τι θυμὸσ* H M. || 500. *καί μιν φωνήσασ ἔπεα πτερόεντα προσηύδων* G F H M. — *ϝε* Bentley] *μιν*. || 502. In P additur: *ζωιὸσ ἐών· χαλεπὸν δὲ τά γε ζωιοῖσιν ὁρᾶσθαι* (cf. λ 156). || 504. Om. G F P T. || 505. *μελέσθω* G P] *γενέσθω* F (ut Λ 471 Θ 414; sed h. l. *οὐ . . . γενήσεται* potius requireretur). Cf. Λ 523. || 508. *ὅτε κεν* § 326] *ὁπότ’ ἄν*. || 509. *τ’ ἐλαχεῖα* (*ἐλάχεια*) G[2] H[2] W] *τε λαχεῖα* (P) vel *τε λάχεια* Ω. Cf. ι 116.

Lebadeae postea certe fuit *Trophonii*; nec non *Pythici* oraculi similis fuit locus, licet ea quam novimus aetate homines illuc non descenderint, sed oracula sursum emissa adiuvante Pythia exceperint (cf. I 404 sq.). „Heros accepit vaticinium ab umbra Tiresiae ex mortuorum regione evocata“, et: „heros pervenit ad sedes mortuorum“, duas has fabulas poeta in unum utcumque coniunxit.

493. ἀλαόο] § 21.

— φρένεσ ἔμπεδοί εἰσι] de hac locutione cf. Γ 108.

494 sq. Cf. λ 96.

494. τεθνηῶτι] § 160.

495. τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι] *ceteri umbrae tantum sunt circumvolitantes.* Cf. Cic. de Divin. I 40 § 88.

505. *Ducis tibi desiderium ne sit grave*; noli graviter ferre quod viae dux non sit praesto.

506. ἀνὰ . . . ἱστία . . . πετάσσασ] cf. Α 433.

509. ἐλαχεῖα] cf. ι 116.

510. αἴγειροι] cf. ε 64—66 et Δ 483.

— ὀλεσίκαρποι] § 21. Epitheton †. Flores masculos populorum et salicum, qui cuivis sunt conspicui, pro fructibus habuisse videtur poeta. Ipsi videlicet fructus sunt exigui; cf. Theophr. Hist. Plant. III 1 § 3.

νῆα μὲν αὐτόθι κέλσαι ἐπ' Ὠκεανῶι βαθυδίνηι,
αὐτὸσ δ' εἰσ Ἀϝίδα' ἴμεναι δόμον ἠερόεντα. 512 cf. ψ 322
ἔνθα μὲν εἰσ Ἀχέροντα Πυριφλεγέθων τε ῥέουσι
Κώκυτόσ θ', ὃσ δὴ Στυγὸσ ὕδατόσ ἐστιν ἀπορρώξ, 514ᵇ = Β 755
πέτρη τε ξύνεσίσ τε δύω ποταμῶν ἐριδούπων.
ἔνθα δ' ἔπειθ', ἥρωσ, χριμφθεὶσ πέλασ, ὥσ σε κελεύω,
βόθρον ὀρύξαι ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα, 517 sq. cf. λ 25 sq. 517ᵇ cf. Ψ 164
ἀμφ' αὐτῶι δὲ χοὴν χεῖσθαι πᾶσιν νεκύεσσι,
πρῶτα μελικρήτωι, μετέπειτα δὲ ϝηδέϊ ϝοίνωι, 519 = λ 27
τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι, ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ παλύνειν· 520 sq. cf. λ 28 sq. 520ᵇ cf. Δ 640

512. *ἠερόεντα*] *εὐρώεντα* Ω. Cf. Υ 65. ‖ 515. *ἐριδούπων*] *-μύκων* l. a. ‖ 516. *κελεύω* G P] *-σω* F (cf. Β 436). ‖ 518. *χεῖσθαι*] novicium; *π. ν.* *χέεσθαι* vel *χείεσθαι πᾶσι νέκυσσι* Menrad.

511. νῆα ... κέλσαι] cf. ι 148.

— αὐτόθι] § 322.

512. αὐτὸσ] *ipse*; non *solus*, sed sodalibus comitantibus (cf. vs. 531 λ 21 sq. μ 21).

512. Ἀϝίδα'(ο)] § 55.

— ἴμεναι] § 125.

513—530. Ulixi adeunda erit Ditis domus obscura et fluviis horrificis protecta. Ante quam est locus ubi tres malefici immortales Tityus Tantalus Sisyphus scelerum nefariorum poenam aeternam luunt. Ad domum illam cum heros quam poterit proxime accesserit, umbrae mortuorum ei erunt alliciendae sanguine hostiarum mactatarum. Sed *indicatur* tantum, accuratius non *describitur* locus ubi rex mortuorum habitat; quamquam veram aedem quin cogitaverit poeta, qui et *domum* et domus *ostium* Diti tribuit, non est cur dubitemus. Ex illa autem domo artissime clausa, in quam *penetrasse* Ulixes neque dicitur neque cogitandus est, quomodo manes ad eum pervenire potuerint, poeta rogare nos noluit. In *terrae interiora* heros non descendit, non enim ibi mortuorum sedes collocabat Odysseae poeta. Cf. Ο 188 λ 568—627.

513. Ἀχέροντα] *fluvium* cogitat poeta (cf. vs. 529), ut Iliadis poeta Ψ 73, non lacum.

— Πυριφλεγέθων] in proprium nomen abiit fluminis πυρὶ φλεγέθοντοσ epitheton (de dativo cf. Φ 358), ut Οὐκαλέγων Γ 148. Cf. etiam ἐμπυριβήτησ compositum Ψ 702.

— ῥέουσι] de plurali cf. Α 255.

514. ἀπορρώξ] cf. Β 755.

515. Asyndeton explicativum; cf. Β 672. Vert. <*illic enim sunt*> *rupes* (cf. ω 11) *et confluens* (Pyriphlegethontis et Cocyti).

517. πυγούσιον] *unius* πυγόνοσ sive *palmipedis* (fere 0.37 M.); cf. Herodot. II 175 Poll. II 158. Adi. non nisi vs. parall. redit.

519. μελικρήτωι] potione quae vino fuit antiquior, ut in funebribus praesertim ritibus mores vetusti et inter vivos dudum obsoleti etiam servari solent. Cf. Τ 347 sq. Ψ 170. Vox non nisi vs. par. redit.

πολλὰ δὲ γουνᾶσθαι νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα, 521ᵇ = 536 λ 49
ἐλθὼν εἰσ Ἰθάκην στεῖραν βοῦν, ἥ τισ ἀρίστη, 522-524 = λ 30 sqq.
ῥεξέμεν ἐν μεγάροισι πυρήν τ' ἐμπλησέμεν ἐσθλῶν,
Τερεσίηι δ' ἀπάνευθεν ὄϊν ἱερευσέμεν οἴωι
παμμέλαν', ὃσ μήλοισι μεταπρέπει ὑμετέροισι. 525 sq. cf. λ 33 sq.
αὐτὰρ ἐπεί κ' εὐχῆισι λίσηι κλυτὰ ϝέθνεα νεκρῶν,
ἔνθ' ὄϊν ἀρνειὸν ῥέζειν θῆλύν τε μέλαιναν
εἰσ Ἔρεβοσ τρέψασ, αὐτὸσ δ' ἀπὸ νόσφι τραπέσθαι 528ᵇ = ε 350
ϝιέμενοσ ποταμοῖο ῥοάων. ἔνθα δὲ πολλαὶ
ψυχαὶ ἐλεύσονται νεκύων κατατεθνηώτων. 530 cf. λ 37, 564
δὴ τότ' ἔπειθ' ἑτάροισιν ἐποτρῦναι καὶ ἀνῶξαι 531 sq. cf. λ 44 sq.
μῆλα, τὰ δὴ κατάκειτ' ἐσφαγμένα νηλέϊ χαλκῶι,

521. *γουνᾶσθαι* U¹k] *-οῦσθαι* Ω (cf. § 144). ‖ 524, 537, 565. *Τερεσίηι -αο*] cf. vs. 492. ‖ 525. *μεταπρέπει*] *-πηι* (item λ 33)? Sed cf. β 294 κ 522 λ 30. — *ὑμετέροισι(ν)* F H X] *ἀγρομένοισιν* P (ut *ἡμετέροισιν* G M (ut λ 33, sed hic vitiose; cf. comment. ad Z 414), ϑ 172). ‖ 526. *λίσηι κλυτὰ*] **λίσηαι*? Cf. § 117. ‖ 528. *τρέψασ* F P] *στρέψασ* G (ut v. l. Σ 469). Cf. μ 81. ‖ 532. *κατάκειτ'(αι)* F] *κατέκειτ'* G P (ut λ 45).

521. νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα] *tenues sine corpore vitas* Verg. Aen. VI 292. Item vs. parall.; cf. I 407.

523 sq. Futura pendent a verbo γουνᾶσθαι (vs. 521), vel potius a *vovendi* notione, quae huic verbo nunc tribuitur; item vs. parall. — Ad rem quod attinet, Ulixes iubetur animis mortuorum promittere se *dapes* succulentas et *opes* egregias iis praebiturum, *hostiam, vestes, supellectilem*, similia in rogo comburendo (cf. X 513), si vivus in patriam redierit, i. e. si vivum redire se siverint. Ergone impedire aut adiuvare eum poterant? Tacet poeta.

523. ῥεξέμεν'(αι)] § 125.

525—527. παμμέλαν'(α) et μέλαιναν] *nigra* animalia inferis sunt mactanda. Posthac Tiresiae et ceteris umbris splendida *dona* offeret, nunc *hostias* marem et feminam iis mactat, quippe viris et mulieribus. Etiam ὄϊν ἀρνειὸν *nigrum* cogitari per se intellegitur. Cf. Γ 103 sq.

525. ὑμετέροισι] *vestras* pecudes dicit, Ulixis opes paternas cogitans; cf. Z 414.

526. ἐπεί κ'(ε)] § 326.

527. ἔνθ'(α)] supra foveam, cuius mentio facta est vs. 517, ut sanguis in ipsam foveam ex animalium faucibus effluat. Cf. λ 36.

528 sq. αὐτὸσ—ῥοάων] *ipse autem celeriter te averte a flumine* (Acherunte, cf. vs. 513); averso capite hostias iugula. Oculos et totum caput retroflectere heros iubetur, ne cum hostiis versus regionem Orci (occidentem, cf. μ 81) spectando se ipsum quoque inferis devoveat. Part. ϝιέμενοσ ut χ 256, 273, ἀπὸ νόσφι τραπέσθαι ut ε 350.

530. νεκύων κατατεθνηώτων] cf. X 203 et § 160.

531. Verbo ἐποτρύνειν dativus adiungitur etiam O 258, verbo ἀνώγειν etiam υ 139 et in l. a. Φ 396, ceteris locis accusativus. De aoristo ἀνῶξαι cf. § 225.

532. μῆλα] quae dicta sunt vs. 527.

δείραντασ κατακῆαι, ἐπεύξασθαι δὲ θεοῖσι,
ἰφθίμωι τ' Ἄϝιδι καὶ ἐπαινῆι Περσεφονείηι·
αὐτὸσ δὲ ξίφοσ ὀξὺ ϝερυσσάμενοσ παρὰ μηροῦ
ἧσθαι μηδ' ἐάειν νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα
αἵματοσ ἆσσον ἴμεν πρὶν Τερεσίαο πυθέσθαι.
ἔνθα τοι αὐτίκα μάντισ ἐλεύσεται, ὄρχαμε λαῶν,
ὅσ κέν τοι ϝείπηισιν ὁδὸν καὶ μέτρα κελεύθου
νόστον θ', ὡσ ἐπὶ πόντον ἐλεύσεαι ἰχθυόεντα.‘
„ὣσ ἔφατ'· αὐτίκα δὲ χρυσόθρονοσ ἤλυθεν Ἠώσ.
ἀμφὶ δέ με χλαῖνάν τε χιτῶνά τε ϝείματ' ἔϝεσσε·
αὐτὴ δ' ἀργύφεον φᾶροσ μέγα 'ϝέννυτο Νύμφη
λεπτὸν καὶ χαρίεν, περὶ δὲ ζώνην 'βάλετ' ἰξυῖ
καλὴν χρυσείην, κεφαλῆι δ' ἐπέθηκε καλύπτρην.
αὐτὰρ ἐγὼ διὰ δῶμα κιὼν ὤτρυνον ἑταίρουσ
μειλιχίοισι ϝέπεσσι παρασταδὸν ἄνδρα ϝέκαστον·
‚μηκέτι νῦν εὕδοντεσ ἀωτέετε γλυκὺν ὕπνον,
ἀλλ' ἴομεν· δὴ γάρ μοι ἐπέφραδε πότνια Κίρκη.‘
ὣσ ἐφάμην· τοῖσιν δ' ἐπεπείθετο θυμὸσ ἀγήνωρ.
„οὐδὲ μὲν οὐδ' ἔνθεν περ ἀπήμονασ ἦγον ἑταίρουσ.
Ϝελπήνωρ δέ τισ ἔσκε νεώτατοσ, οὔτε τι λίην
ἄλκιμοσ ἐν πολέμωι οὔτε φρεσὶ ϝῆισιν ἀρηρώσ,
ὅσ μοι ἄνευθ' ἑτάρων ἱεροῖσ' ἐν δώμασι Κίρκησ

533-535 = λ 46 sqq.
534 cf. *I* 569 Hes. Theog. 768
535 cf. *Φ* 173
536 cf. λ 49
536ᵇ = 521
537 = λ 50, 89
537ᵃ = λ 148
539 cf. δ 389
540 = δ 390
541 = μ 142 ο 56 υ 91
542 = ξ 320 cf. ε 229
543sq. = ε 230sq.
545 cf. ε 232
546 cf. μ 144, 206
547 = κ 173 μ 145
548 cf. *K* 159
550 = μ 324 τ 148 cf. β 103

534. Ἄ(ϝ)ιδι G F] Ἀΐδηι P. ‖ 539. κελεύθου] θαλάσσησ G. Cf. δ 389. ‖ 546. δῶμα κιὼν G F P H¹ T n] -ματ' ἰὼν Ω (cf. Ξ 440). ‖ 549. πότνια] θέσφατα P (cf. μ 155).

534. ἐπαινῆι] cf. I 457.

535 sq. Ad ipsam foveam stricto gladio adstare iubetur Ulixes, item λ 48 sq.; de verbo ἧσθαι cf. Γ 134 sq., de locutione νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα vs. 521 et I 407.

537. ἴμεν] § 126.

542. χλαῖνάν τε χιτῶνά τε] cf. Ω 588.

544. ἰξυῖ] § 75.

547. -οισι ϝέπεσσι] § 60.

548. ἀωτέετε] § 191. De verbo cf. K 159.

553. οὔτε φρεσὶ ϝῆισιν ἀρηρώσ] i. q. οὔτε ἀρτίφρων, ut ω 261 una voce dicitur.

554—560. Ebrius Elpenor et frigoris nocturni appetens solus in tecto plano sub divo decubuerat (cf. λ 62—64), ut custos initio Agamemnonis dramatis Aeschylei vel Bdelycleon Atheniensis initio Vesparum Aristophanis. Ceteris Ulixis sodalibus cubilia in porticu more solito fuerant praebita (cf. Ω 643—650); quos primo mane maestos et anxios abeuntes (cf. vs. 566 sq.) latuit iuvenis delapsus, suos autem ipsorum casus dum lugent, sodalem non prius desiderarunt quam nave conscensa iter inierunt. Cf. λ 57—65.

ψύχεοσ ἱμείρων κατελέξατο ϝοινοβαρείων·
κινυμένων δ' ἑτάρων ὅμαδον καὶ δοῦπον ἀκούσασ
ἐξαπίνησ ἀνόρουσε καὶ ἐκλάθετο φρεσὶ ϝῆισι
ἄψορρον καταβήμεν' ἰὼν εἰσ κλίμακα μακρήν, 558 = λ 63
ἀλλὰ κατ' ἀντικρὺ τέγεοσ 'πέσεν, ἐκ δέ ϝοι αὐχὴν 559 cf. λ 64
ἀστραγάλων ἐϝάγη, ψυχὴ δ' Ἄϝιδόσδε κατῆλθε. 560 = λ 65
„ἐρχομένοισι δὲ τοῖσιν ἐγὼ μετὰ μῦθον ἔϝειπον·
‚φάσθε νύ που ϝοῖκόνδε φίλην εἰσ πατρίδα γαῖαν
ἔρχεσθ'· ἄλλην δ' ἧμιν ὁδὸν 'τεκμήρατο Κίρκη
εἰσ Ἀϝίδαο δόμουσ καὶ ἐπαινῆσ Περσεφονείησ, 564 sq. = 491 sq.
ψυχῆι χρησομένουσ Θηβαίου Τερεσίαο.‘
„ὣσ ἐφάμην· τοῖσιν δὲ κατεκλάσθη φίλον ἦτορ. 566 = 198
ἑζόμενοι δὲ κατ' αὖθι 'γόων 'τίλλοντό τε χαίτασ·
ἀλλ' οὐ γάρ τισ πρῆξισ ἐγίγνετο μυρομένοισι. 568 = 202
„ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐπὶ νῆα θοὴν καὶ θῖνα θαλάσσησ 569ᵇ = δ 779
ἤϊμεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντεσ, 570 cf. λ 5, 466 μ 12
τόφρα δ' ἄρ' οἰχομένη Κίρκη παρὰ νηῒ μελαίνηι
ἀρνειὸν κατέδησεν ὄϊν θῆλύν τε μέλαιναν,
ῥεῖα παρεξελθοῦσα· τίσ ἂν θεὸν οὐκ ἐθέλοντα
ὀφθαλμοῖσι ϝίδοιτ' ἢ' ἔνθ' ἢ' ἔνθα κιόντα;

νέκυια.

λ „αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἐπὶ νῆα κατήλθομεν ἠδὲ θάλασσαν, 1 = δ 573
νῆα μὲν ἂρ πάμπρωτα 'ϝερύσσαμεν εἰσ ἅλα δῖαν, 2 sq. cf. δ 577 sq. 2 cf. κ 403
ἐν δ' ἱστὸν 'τιθέμεσθα καὶ ἱστία νηῒ μελαίνηι,
ἂν δὲ τὰ μῆλα λαβόντεσ ἐβήσαμεν, ἂν δὲ καὶ αὐτοὶ
'βαίνομεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντεσ. 5 cf. κ 570
ἧμιν δ' αὖ κατόπισθε νεὸσ κυανοπρῴροιο 6-8 = μ 148 sqq. 6ᵇ cf. ι 539

---

558. κλίμακα] κίονα P (ut α 127). || 569. Propter homoearchon om. P Y l H¹ M¹ U T W q. || 570. ἤϊμεν § 308] ἤιομεν. || 571. νηῒ μελαίνηι G P] νῆα -ναν F. || 572. κατέδησεν] -θηκεν l. a. || 1. κατήλθομεν] κατήλυθον G P. || 2. πάμπρωτα] cf. δ 577. || 4. ἂν G] ἐν F P. || 6. κατόπισθε] μετόπισθε F² (cf. vs. 148).

---

558. καταβήμεν'(αι)] § 125.
564. ἐπαινῆσ] cf. Ι 457.
568. Cf. vs. 202.
569—574. Cavet poeta ne quis mox possit rogare unde Ulixes victimas mactandas sumserit. Cf. ε 79 sq., de vs. 572 autem vs. 525—527 Γ 103 sq.
573. ἂν] § 326.

ἴκμενον οὖρον ἵει πλησίστιον, ἐσθλὸν ἑταῖρον,
Κίρκη ἐϋπλόκαμοσ, δϝεινὴ θεὸσ αὐδήεσσα. 8 = κ 136
ἧμεσ δ' ὅπλα ϝέκαστα πονησάμενοι κατὰ νῆα 9 cf. μ 151
ἥμεθα· τὴν δ' ἄνεμόσ τε κυβερνήτησ τ' ἴθυνον. 10 = μ 152 cf. ι 78
„'δύσετό τ' ἠέλιοσ 'σκιάοντό τε πᾶσαι ἀγυιαί, —
τῆσ δὲ πανημερίησ 'τέταθ' ἱστία ποντοπορούσησ, — 12 = β 388
ἡ δ' εἰσ πείραθ' ἵκανε βαθυρρόου Ὠκεανοῖο.
ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμόσ τε πόλισ τε, 14[b] cf. Hes. Op. [527

10. κυβερνήτησ] -ται P (ut ι 78). — ἴθυνον] -νε Ω. Cf. μ 152 (ι 78 ξ 256). || 14. Κιμμερίων] Κερβερίων Crates (?). In scholio H lectio Κερβερίων (-ίων) tribuitur *Aristarcho*, sed *Aristophanis* ibi legendum est nomen; nam lectionem illam, si revera fuere qui serio sic legerent, peperit iocus *comici* Ran. 187. Alii olim Κεμμερίων, Χειμερίων (cf. Etym. M. 513, 44).

7. ἵκμενον] cf. A 479.

— πλησίστιον] *qui velum implet*, non obliquus ab altera navis parte ad velum accedens, ab altera elabens, sed a tergo velum et ipsam navem propellens. Adi. redit vs. parall.

8. αὐδήεσσα] cf. ε 334.

9. ἧμεσ] § 92.

10. Cf. Verg. Aen. III 269.

11—13. Cf. μ 1—4. Versus 12 vert.: *per totum enim diem ventus secundus navem propulerat.* Primo mane iter susceperant (cf. κ 541 sqq.).

11. 'σκιάοντο] § 191.

— πᾶσαι ἀγυιαί] etiam maris ὑγρὰ κέλευθα sive *viae mobiles.*

12. ποντοπορούσησ] § 191. Verbum †; forma amplior et metro magis apta ποντοπορευέμεναι est ε 277 sq. η 267.

14—19. *Cimmerios* in ora septentrionali *ponti Euxini* habitantes cognoverunt Graeci posteriores (cf. Herodot. IV 11 sq., Strab. 494, Stasinus priscus poeta apud eundem 648, Aesch. Prom. 729 sq.); itaque fieri non potuit quin Odysseae hunc locum ad illam gentem referrent. Quadamtenus sane recte, nam Cimmeriorum nomen quin inde duxerit poeta dubium non videtur, *homonymia* tamen decepti; nam de *gente* poeta locutus est dissimillima. Nomen Cimmeriorum, qui in inscriptionibus Assyriis *Gimirri* vocantur, *gentem in tenebris habitantem* videtur significasse, et *postmodo* eo nomine indicata est gens e tenebricosis illis regionibus, quae sub septem trionibus sitae sunt, oriunda (cf. fabula quae est de *Laestrygonibus* κ 84—86); in prisca vero fabula, quam Odysseae poeta nunc sequitur, *Tenebrionum* nomine vocata fuit gens quae *huius vitae luce* in perpetuum carens in Ditis aedibus degit. *Mortuos* cogitabant vates illi vetusti, qui cecinerunt gentem in occidentis caligine aeterna ad oras Oceani tabescentem, aptissime igitur in Hesiodi Theogonia 759 sq. de *Somni Mortis*que dicione dicuntur quae nostro loco de *Cimmeriis*; Odysseae vero poeta cum non sentiret Cimmerios suos olim fuisse *animas defunctorum*, voces δῆμον et πόλιν et βροτοῖσ usurpavit non nisi *viventium* civitati convenientes. Vita igitur terrestri eos donavit, perinde atque *Phaeaces* illos, quos in ultimo *oriente* collocavit (cf. ε 34 et 35). Sic in unum nunc, ut plus semel, coniunxit duas

ἠέρι καὶ νεφέληι κεκαλυμμένοι· οὐδέ ποτ' αὐτοὺσ 15ᵃ cf. ϑ 562
ἠέλιοσ φαέϑων καταδέρκεται ἀκτίνεσσι, 15ᵇ sq. cf. Hes. Theog. 759 sq.
οὔϑ' ὁπότε στείχηισι πρὸσ οὐρανὸν ἀστερόεντα, 17ᵇ sq. cf. μ 380 sq.
οὔϑ' ὁπότ' ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόϑεν προτράπηται·
ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δϝειλοῖσι βροτοῖσι.
νῆα μὲν ἔνϑ' ἐλϑόντεσ ἐκέλσαμεν, ἐκ δὲ τὰ μῆλα 20 cf. ι 546
εἱλόμεϑ'· αὐτοὶ δ' αὖτε παρὰ ῥόον Ὠκεανοῖο
ἤϊμεν, ὄφρ' εἰσ χῶρον ἀφικόμεϑ' ὃν 'φράσε Κίρκη.
„ἔνϑ' ἱερήϊα μὲν Περιμήδησ Εὐρύλοχόσ τε 23ᵇ = μ 195
ἔσχον, ἐγὼ δ' ἄορ ὀξὺ ϝερυσσάμενοσ παρὰ μηροῦ 24 cf. Φ 173
βόϑρον ὄρυξ' ὅσσον τε πυγούσιον ἔνϑα καὶ ἔνϑα, 25 sq. cf. κ 517 sq.
ἀμφ' αὐτῶι δὲ χοὴν 'χεόμην πᾶσιν νεκύεσσι,
πρῶτα μελικρήτωι, μετέπειτα δὲ ϝηδέϊ ϝοίνωι, 27 = κ 519
τὸ τρίτον αὖϑ' ὕδατι· ἐπὶ δ' ἄλφιτα λεύκ' ἐπάλυνον· 28 sq. cf. κ 520 sq. 28ᵇ cf. Δ 640
πολλὰ δ' ἐγουναόμην νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,
ἐλϑὼν εἰσ Ἰϑάκην στεῖραν βοῦν, ἥ τισ ἀρίστη, 30-32 = κ 522 sqq.
ῥεξέμεν' ἐν μεγάροισι πυρήν τ' ἐμπλησέμεν' ἐσϑλῶν,
Τερεσίηι δ' ἀπάνευϑεν ὄϊν ἱερευσέμεν' οἴωι
παμμέλαν', ὃσ μήλοισι μεταπρέπει ἡμετέροισι. 33 sq. cf. κ 525 sq.

16. *καταδέρκεται* Aristoph. Ar. T] *ἐπιδ.* Ω (item in vs. par. Hes. Theog. 760). Cf. h. Cer. 70. ‖ 17 sq. *ὁπότε . . . ὁπότ'* § 326] *ὁπότ' ἂν . . . ὅτ' ἂν.* Cf. μ 381. ‖ 20. *ἐκ* G] *ἐν* FP. ‖ 22. *ἤϊμεν* § 308] *ἤιομεν.* ‖ 24. *ἔσχον*] *εἶχον* F. ‖ 26. *χοὴν*] *χοὰσ* F. — *'χεόμην*] sic Ar., *χεάμην* Zen., *χέομεν* M. ‖ 28. *(ἐ)πάλυνον*] *πάλυνα* F. ‖ 29. *ἐγουναόμην* § 144] *-νούμην* (*-νάμην* H² K) Ω. ‖ 32. *Τερεσίηι*] cf. κ 492. ‖ 33. *μεταπρέπει*] cf. κ 525.

fabulas idem significantes, ita ut altera alterius vicem obire posset optime, coniunctim vero ambae proferri satis apte non possent; heros enim ad mortuorum sedes prius pervenit quam eo pervenit. Quod autem notatu est dignissimum: ipsam animarum regionem cum Ulixes adiit, *non* obscuram hanc invenit, sed solita luce illustratam. Hic quoque agnoscimus idem argumentum in duabus fabulis tractatum, sed non eadem ratione in utraque. Nam Ditis *aedes subterraneas* illas, quarum apud Iliadis poetam frequens fit mentio (cf. O 188), atra obtinet sepulcrorum caligo; in longinquo vero *occidente* prope Oceani littus degentes animae cum vitae specie utuntur, tum luce aliqua, pallida fortasse, luce tamen. Cf. quae de mystarum apud inferos vita habent Pind. apud Plut. Mor. 120 *c* Ar. Ran. 454 sq. — Versus 15—18 imitatus est Verg. Georg. III 357—359.

20. νῆα . . . ἐκέλσαμεν] cf. ι 148.
23. ἱερήϊα] cf. X 159.
25. πυγούσιον] cf. κ 517.
27. μελικρήτωι] cf. κ 519.
29. νεκ. ἀμ. κάρηνα] cf. κ 521 ι 407.
31 sq. Cf. X 512—514.
31. ῥεξέμεν'(αι)] § 125.
33. παμμέλαν'(α)] cf. Γ 103.
— ἡμετέροισι] cf. κ 525.

τοὺσ δ' ἐπεὶ εὐχωλῆισι λιτῆισί τε, ϝέθνεα νεκρῶν,
ἐλλισάμην, τὰ δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδειροτόμησα
εἰσ βόθρον· 'ρέε δ' αἷμα κελαινεφέσ.
αἳ δ' ἤγροντο
ψυχαὶ ὑπ' ἐξ 'Ερέβευσ νεκύων κατατεθνηώτων· 37 cf. κ 530 λ 564
νύμφαι τ' ἠΐθεοί τε πολύτλητοί τε γέροντεσ
παρθενικαί τ' ἀταλαὶ νεοπενθέα θυμὸν ἔχουσαι,
πολλοὶ δ' οὐτάμενοι χαλκήρεσιν ἐγχείηισι,
ἄνδρεσ Ἄρηϊ φατοί, βεβροτωμένα τεύχε' ἔχοντεσ.
οἳ πολλοὶ περὶ βόθρον ἐφοίταον ἄλλοθεν ἄλλοσ 42ᵇ = ι 401 ω 415
θεσπεσίηι ϝιϝαχῆι· ἐμὲ δὲ χλωρὸν δϝέοσ ἥιρει. 43 cf. 633 43ᵇ cf. *H* 479
δὴ τότ' ἔπειθ' ἑτάροισιν ἐποτρύνασ ἐκέλευσα 44 sq. cf. κ 531 sq.
μῆλα, τὰ δὴ κατέκειτ' ἐσφαγμένα νηλέϊ χαλκῶι,
δείραντασ κατακῆαι, ἐπεύξασθαι δὲ θεοῖσι, 46-48 = κ 533 sqq.
ἰφθίμωι τ' Ἄϝιδι καὶ ἐπαινῆι Περσεφονείηι·
αὐτὸσ δὲ ξίφοσ ὀξὺ ϝερυσσάμενοσ παρὰ μηροῦ
ἥμην οὐδ' εἴων νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα 49 cf. κ 536 49' = κ 521

36. ἤγροντο] cf. *B* 94. ‖ 37. 'Ερέβευσ G] -βεσ P, -βουσ F. ‖ 38—43. Zen. Aristoph. Ar. — ‖ 39. ἀταλαὶ G¹ F] ἁπαλαὶ (ἁπ.) G² P. — θυμὸν] οἶτον Iulius Africanus (pap. Oxyrh. 412), quod verum ducit Hefermehl coll. *I* 563. ‖ 42. περὶ] παρὰ Iulius Afr. (l. l.) et T. — ἄλλοθεν ἄλλοσ G F P] ἔνθα καὶ ἔνθα H. ‖ 45 sq. κατέκειτ' . . . δείραντασ] κατάκειτ' . . . -ντεσ P¹ (-ντεσ etiam H), ut sint verba comites alloquentis. ‖ 47. Ἄ(ϝ)ιδι G¹] Ἀΐδηι G² F P. ‖ 48. αὐτὸσ δὲ] αὐτὰρ ἐγὼ Iulius Afr. (l. l.) et F².

35. τὰ] cf. κ 527, 572.

37. Ἐρέβευσ] § 71.

— νεκύων κατατεθνηώτων] cf. X 203 et § 160.

38—43. Conveniunt cum senum animae, qui suo tempore vita sunt perfuncti, tum puellarum mulierum iuvenum virorum immatura morte abreptorum. Quos versus Vergilius vertit Georg. IV 471 sqq. Aen. VI 306 sqq., veteres vero critici damnabant: singulas enim, non conferto agmine, ad fossam accessisse animas, neque vulnera in caesorum umbris conspicua fuisse. Hoc e vs. 398 sqq. quodammodo potest effici, si malignum censorem agere quis velit, illud vero inane est crimen; nam catervatim foveam petierunt animae sanguinis odore allectae, sed paucas tantum ad eam accedere sivit heros et cum bibissent interrogavit, ceteras stricto gladio arcens. Alia rerum condicio est vs. 630—635, postquam gladium vaginae inseruit (cf. vs. 97 sq.), — si quidem tam severe singula in narratione poetica videntur perpendenda. Necessaria autem, certe utilia sunt verba: ἐμὲ δὲ χλωρὸν δϝέοσ ἥιρει (vs. 43) ad melius intellegendum cur Ulixes sodales ad mortuorum numina precari tunc iusserit (vs. 46).

42. ἐφοίταον] § 191.

43. ϝιϝαχῆι] cf. vs. 632 et Ψ 101.

47. ἐπαινῆι] cf. I 457.

48 sq. Cf. κ 535 sq.

αἵματοσ ἆσσον ἴμεν πρὶν Τερεσίαο πυθέσθαι. 50 = κ 537
„πρώτη δὲ ψυχὴ Ϝελπήνοροσ ἦλθεν ἑταίρου.
οὐ γάρ πω ἐτέθαπτο ὑπὸ χθονὸσ εὐρυοδείησ· 52ᵇ cf. Π 635
σῶμα γὰρ ἐν Κίρκησ μεγάρωι κατελείπομεν ἧμεσ
ἄκλαυτον καὶ ἄθαπτον, ἐπεὶ πόνοσ ἄλλοσ ἔπειγε. 54ᵃ cf. Χ 386ᵇ
τὸν μὲν ἐγὼ ’δάκρυσα ϝιδὼν ἐλέησά τε θυμῶι, 55 sq. = 395 sq. 55 cf. 87
καί μιν φωνήσασ ϝέπεα πτερόεντα προσηύδων·
‚Ϝελπῆνορ, πῶσ ἦλθεσ ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα; 57 cf. 155 57ᵇ = Ψ 51
ἔφθησ πεζὸσ ἰὼν ἢ ἐγὼ σὺν νηῒ μελαίνηι.‘
„ὣσ ἐφάμην· ὃ δέ μ’ οἰμώξασ ἠμείβετο μύθωι· 59 = ι 506
‚ἆσέ με δαίμονοσ αἶσα κακὴ καὶ ἀθέσφατοσ ὕπνοσ· 61 cf. κ 68
Κίρκησ δ’ ἐν τέγεϊ καταλέγμενοσ οὐκ ἐνόησα
ἄψορρον καταβήμεν’ ἰὼν εἰσ κλίμακα μακρήν, 63 = κ 558
ἀλλὰ κατ’ ἀντικρὺ τέγεοσ ’πέσον· ἐκ δέ μοι αὐχὴν 64 cf. κ 559
ἀστραγάλων ἐϝάγη, ψυχὴ δ’ Ἄϝιδόσδε κατῆλθε. 65 = κ 560
νῦν δέ σε τῶν ὄπιθεν γουνάζομαι, οὐ παρεόντων, 66 cf. Ο 665
πρόσ τ’ ἀλόχου καὶ πατρόσ, ὅ σ’ ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα, 67ᵇ = Θ 283
Τηλεμάχου θ’, ὃν μοῦνον ἐνὶ μεγάροισιν ἔλειπεσ.
ϝοῖδα γάρ, ὡσ ἐνθένδε κιὼν δόμου ἒξ Ἀϝίδαο
νῆσον ἒσ Αἰαίην σχήσεισ ἐΰϝεργέα νῆα.
ἔνθα σ’ ἔπειτα, ϝάναξ, κέλομαι μνήσασθαι ἐμεῖο·
μή μ’ ἄκλαυτον ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν 72ᵃ cf. Χ 386ᵇ

---

60 διογενὲσ Λαερτιάδη, πολυμήχαν’ Ὀδυσσεῦ,

50, 89 sq. Τερεσίαο] cf. κ 492. || 52—54. Callistratus —— || 54. ἄκλαυτον G¹] -στον G² F P (cf. Χ 386). || 58. ἰὼν Ar. G H] ἐὼν F P (cf. Δ 277). || 60. Om. G P H¹ M X U W Z q (cf. vs. 92). || 61. ἆσέ με] ἄασε Nauck (cf. § 287). — ὕπνοσ Stob. Flor. I 49, 53] οἶνοσ Ω (neglecto ϝ). Cf. κ 68. || 62. *τέγεϊ] μεγάρωι. Cf. vs. 64 et κ 554—560. Errorem peperit vs. 53. || 65. κατῆλθε G F P] βεβήκει H M. || 72. ἄκλαυτον G] -στον F P (cf. Χ 386). — καταλείπειν] -πῃισ G F¹.

---

50. ἴμεν] § 126.

51—80. Elpenoris anima nondum recepta fuit in sedes mortuorum, quippe qui nondum esset sepultus. Cf. Patrocli anima funus expectans Ψ 72—74.

53. ἐν Κίρκησ μεγάρωι] *in megaro* corpora defunctorum spectanda et deflenda proponi solebant (cf. Ω 720). — ἧμεσ] § 92.

58. ἔφθησ . . . ἢ] cf. Ψ 445 sq.

62—64. Elpenor *in tecto* iacuit, ad quod per scalas aditus erat ex aedium parte interiore. Cf. κ 554—560 et α 330—332.

63. καταβήμεν’(αι)] § 125.

66. τῶν ὄπιθεν] *per capita tuorum, quos reliquisti.* De omissa praepositione πρόσ vel ὑπέρ (quae legitur loco simili Ο 665) cf. Χ 345.

νοσφισθείσ, μή τοί τι θεῶν μήνιμα γένωμαι, 73 cf. X 358
ἀλλά με κακκῆαι σὺν τεύχεσιν, ἅσσα μοί ἐστι,
σῆμά τέ μοι χεῦαι πολιῆσ ἐπὶ θινὶ θαλάσσησ, 75ᵇ = Δ 248
ἀνδρὸσ δυστήνοιο, καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι· 76ᵇ = B 119
ταῦτά τέ μοι τελέσαι πῆξαί τ' ἐπὶ τύμβωι ἐρετμόν, 77 cf. μ 15
τῶι καὶ ζωιὸσ ἔρεσσον ἐὼν μετ' ἐμοῖσ' ἑτάροισι.'
„ὣσ ἔφατ', αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενοσ προσέϝειπον·
‚ταῦτά τοι, ὦ δύστηνε, τελευτήσω τε καὶ ἔρξω.' 80ᵇ cf. α 293
„νῶϊ μὲν ὣσ ϝεπέεσσιν ἀμειβομένω στυγεροῖσι 81 = 465
ἥμεθ', ἐγὼ μὲν ἄνευθεν ἐφ' αἵματι φάσγανον ἴσχων,
ϝείδωλον δ' ἑτέρωθεν ἑταίρου πόλλ' ἀγόρευε.
„ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ μητρὸσ κατατεθνηυίησ, 84ᵃ = Ψ 65
Αὐτολύκου θυγάτηρ μεγαλήτοροσ Ἀντικλέεια,
τὴν ζωιὴν κατέλειπον ἰὼν εἰσ Ϝίλιον ἱρήν.
τὴν μὲν ἐγὼ 'δάκρυσα ϝιδὼν ἐλέησά τε θυμῶι· 87 cf. 55
ἀλλ' οὐδ' ὣσ εἴων προτέρην, πυκινόν περ ἀχεύων,
αἵματοσ ἆσσον ἴμεν πρὶν Τερεσίαο πυθέσθαι. 89 = κ 537
„ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τερεσίαο, 90ᵃ = Ψ 65
91 χρύσεον σκῆπτρον ἔχων· ἐμὲ δ' ἔγνω καὶ προσέϝειπε· 91ᵃ cf. 569
93 ‚τίπτ' αὖτ', ὦ δύστηνε, λιπὼν φάοσ ἠελίοιο 93ᵇ cf. Σ 11
ἤλυθεσ; ὄφρα ϝίδηισ νέκυασ καὶ ἀτερπέα χῶρον;

92 διογενὲσ Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,

74. ἅσσα G¹ F P] ὅσσα G². ‖ 80. ἔρξω] neglecto ϝ. ‖ 82. ἴσχων] ἴσχον n. ‖ 83. ἀγόρευε] -ρευον H² T¹ et l. a. ant. ‖ 88. ὣσ] *ϝὣσ ϝ'? — προτέρην] -ρον vHerwerden. ‖ 92. Habent M Eust., om. Ω (cf. vs. 60). ‖ 93. αὖτ', ὦ] αὔτωσ Zen. (cf. κ 281). ‖ 94. ϝίδηισ] ἴδηι F (cf. Α 203 et § 117).

74—80. Sic effecit poeta ut Ulixi esset iusta causa ad Circen mox redeundi (qua de re cf. κ 490 sqq.); cogebat enim pietas erga sodalem defunctum. Arma ut cum corpore cremarentur poposcit Elpenoris anima, ne inermis ad sedes mortuorum accedens a ceteris animis repelleretur; cf. quae ad Ψ 72—74 Ζ 417—419 Σ 337 sunt annotata.

76. ἀνδρὸσ δυστήνοιο] a voce σῆμα suspensus est genitivus. Olim fuere qui conferrent locos qualis est Ζ 157, de quibus dictum est ad Γ 301, dativum μοι hic quoque cum genitivo iunctum esse rati.

77. Cum ligneo hoc sepulcri ornamento cf. Ψ 331.

82. ἄνευθεν] *seorsum.*

82 sq. ἴσχων . . . ἀγόρευε] de structura cf. Γ 80.

85. Ἀντικλέεια] § 73.

89. ἴμεν] § 126.

90 sq. ψυχὴ . . . ἔχων] constructio ad sensum; cf. Ε 638.

91. χρύσεον] § 8.

93 sq. *Quaenam nova calamitas mortuos adire te coëgit?*

ἀλλ' ἀποχάζεο βόθρου, ἄπισχε δὲ φάσγανον ὀξύ,
αἵματοσ ὄφρα πίω καί τοι νημερτέα ϝείπω.'
„ὣσ 'φάτ'· ἐγὼ δ' ἀναχασσάμενοσ ξίφοσ ἀργυρόηλον
κουλεῶι ἐγκατέπηξ'. ὃ δ' ἐπεὶ 'πίεν αἷμα κελαινόν, 98ᵇ = 390
καὶ τότε δή με ϝέπεσσι προσηύδα μάντισ ἀμύμων·
‚νόστον δίζηαι μελιϝηδέα, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ·
τὸν δέ τοι ἀργαλέον θήσει θεόσ. οὐ γὰρ ὀΐω
λησέμεν' ἐνοσίγαιον, ὅ τοι κότον ἔνθετο θυμῶι, 102ᵇsq. = ν 342 sq. 102ᵇ cf. Z 326
χωόμενοσ ὅτι ϝοι υἱὸν φίλον ἐξαλάωσασ.
ἀλλ' ἔτι μήν κε καὶ ὧσ κακά περ πάσχοντεσ ἵκοισθε, 104ᵇ = 111 μ 138
αἴ κ' ἐθέλῃσ σὸν θυμὸν ἐρυκακέμεν καὶ ἑταίρων,
ὁππότε κε πρῶτον πελάσῃσ ἐΰϝεργέα νῆα
Θρινακίηι νήσωι, προφυγὼν ϝιοϝειδέα πόντον,

---

102. *λησέμεν'(αι)* l. a. (*-σειεν* cod.)] *-σειν* Ω. ‖ 104. *μήν* § 18] *μέν*. ‖ 106. *κε(ν)* H] *δή* G F P.

---

96. Sanguinis ab animis defunctorum hausti hanc fuisse vim ut *mens* et *vox* et omnino *vis vitalis* aliquantisper sic iis redderentur, fuit opinio eorum, inter quos nata est fabula, quam Odysseae poeta hoc loco suis verbis enarravit; cf. vs. 141 – 148, 390. Finxit hic uni Tiresiae datum fuisse ut *vel sic* mente et voce vigeret mortuus (cf. κ 494 sq.), gratissimum tamen et huic fuisse sanguinis haustum, ideoque eum vaticinii mercedem hanc sibi expetivisse, — opiniones fabulasque diversas inter se concilians. Nam opinio eorum qui vita functos *sepeliverunt* haec fuit: *in sepulcro* hos (αὐτούσ, A 4 al.) degere post mortem, *ibi* sanguine hostiarum aliisque donis nutriendos esse superstitibus; quam rem veluti ad oculos demonstrat prisca ara Mycenaea, per cuius fundum perforatum sanguis hostiarum defluebat in sepulcrum regale. Praeterea cf. Aesch. Pers. 685 vel Eur. Hec. 536. Alia fuit opinio eorum qui mortuorum corpora *cremarunt*: animas, ut κνίσην, per inane sublimes evanescere, dein discedere *in regionem longinquam*. Quas opiniones poeta Iliadis alia ratione inter se concilians etiam *animas*, ut corpora, *sub terram* mittebat (cf. O 188).

99. με ϝέπεσσι] μ' ἐπέεσσι Ω.

— προσηύδα] § 195.

100. νόστον ... μελιϝηδέα] cf. K 495.

102. λησέμεν'(αι)] § 125.

— ἐνοσίγαιον] § 21.

— τοι] *in te*. Cf. A 283.

103. υἱὸν φίλον ἐξαλάωσασ] cf. α 69.

105. ἐρυκακέμεν] § 126.

107. Θρινακίηι] *Siciliam* significari, quam a *tribus promunturiis* (τρισὶν ἄκραισ) hoc nomen accepisse, putarunt posteriores (cf. Thucyd. VI 2 § 2), qui Phaeaces *Corcyrae* habitasse sibi persuaserunt (cf. ε 34) et ceteras quoque gentes, quarum in Ulixis narratione fit mentio, in oris maris Mediterranei vel Euxini quaesiverunt cunctas et invenire sibi sunt visi; neque hodie ista studia omnino deferbuerunt. Non tamen Θρῑνᾰκίη sed Τρῐᾰκρίη fuisset dicenda ea insula, si quid

βοσκομένασ δ' εὕρητε βόασ καὶ ϝίφια μῆλα — 108 cf. μ 128
'Ηελίοι', ὃσ πάντ' ἐφορᾶι καὶ πάντ' ἐπακούει. — 108b cf. μ 322
τὰσ εἴ κ' ἀσινέασ ἐάηισ νόστου τε μέδηαι, — 109 = μ 323 cf. Γ 277
καί κεν ἔτ' εἰσ 'Ιθάκην κακά περ πάσχοντεσ ἵκοισθε· — 110-114 = μ 137; 111b = 104 sqq.
εἰ δέ κε σίνηαι, τότε τοι τεκμαίρομ' ὄλεθρον
νηΐ τε καὶ ἑτάροισ', αὐτὸσ δ' εἴ πέρ κεν ἀλύξηισ, — 113a cf. 161
ὀψὲ κακῶσ νέεαι ὀλέσασ ἄπο πάντασ ἑταίρουσ — 114 sq. cf. ι 534 sq.
νηὸσ ἔπ' ἀλλοτρίησ, δήεισ δ' ἐν πήματα ϝοίκωι, — 114b cf. β 174
ἄνδρασ ὑπερφιάλουσ, οἵ τοι βίοτον κατέδουσι — 116 cf. ν 396

109. Om. F^1. ‖ 110. *εἴ] εἰ μέν (item μ 137). ‖ 113. τε καὶ ἑτάροισ'(ι)] θ' ἑταίροισιν τ' Hoffmann (coll. Θ 162), item λ 161 μ 140. Cf. Ο 290. ‖ 116. κατέδουσι] sic Ar., Aristoph. postulabat -δονται (sic legendum pro -δοιεν, schol. β 313).

eiusmodi voluissent vates vetusti (cf. Ovid. Fast. IV 419 sq.). Nihilo igitur melior ista fuit originatio quam κισσύβιον ad κισσόν relatum (cf. ad ι 346), τρίχα κοσμηθέντεσ non ad vocem θρίξ sed ad τρεῖσ (cf. ad τ 177), φιλομμειδὴσ Ἀφροδίτη ad μήδεα et ἀφρόν (Hes. Theog. 200). Fuit autem θρῖναξ *raster*, instrumentum rusticum, pectinatum, ligneum vel ferreum. Cur vero insulae huic ignotae nomen ab ea voce ductum hic et μ 127, 135 τ 275 fuerit tributum non liquet, sed videntur olim — diu antequam Odyssea est nata — duae extitisse fabulae parellelae: ea quae fuit de *Thrinacia* insula, ubi pascebantur boves sacrae, heroi prius visenda quam in patriam suam rediret, atque ea quae fuit de heroë iusso priusquam in patriam rediret bovem mactare in regione procul a mari remota, *„ubi remus ventilabrum dicitur"* (cf. vs. 128 et 130 sq.). Iteratus autem herois in patriam reditus, res veri dissimilis, — nam subabsurdum est, cum longis erroribus lassus domum redieris, inde denuo abire iuberi ut ... domum impune redire possis, — unde originem duxerit facile intellegitur, si poeta duas fabulas parallelas ita coniunxit ut alteram referret ad tempus quod *ante*, alteram ad tempus quod *post* herois reditum est praeterlapsum. Et *tres* adeo *quatuor*ve agnoscuntur fabulae parallelae: 1) heros in patriam redit relicta *Calypso*, sed prius adeunda est *Phaeacia*; 2) redit relicta *Circe*, sed prius adeunda est *Cimmeria*; 3) redit relicto *Tiresia*, sed prius adeunda est *Thrinacia* vel *Thesprotia*.

109. 'Ηελίοι'(ο)] § 59.

110. ἀσινέασ] § 21.

— ἐάηισ] § 191.

113—115. Sic poeta veluti ponticulum sibi struxit, per quem a fabula, quae erat de *Neptuno* Ulixi infesto, ad Solis ipsiusque *Iovis* iram fieret transitus; quorum deorum alteruter sufficiebat ad Ulixis navem et comites perdendos, sed enim utramque fabulam poeta acceperat traditam. Cf. α 1—21.

114. νέεαι] § 191 et 292.

116. οἵ ... κατέδουσι] = κατέδοντασ. Res futuras praedicit Tiresias: tunc cum domum redierit Ulixes, inveniet procos bona sua absumentes. Nam tum cum Tiresias haec dixit, quies fuit in Ulixis aedibus; cf. vs. 184 sq. et de praesentis temporis in vaticiniis usu Θ 246.

μνώμενοι ἀντιθέην ἄλοχον καὶ ϝέδνα διδόντεσ. 117 = ν 378
ἀλλ' ἦ τοι κείνων γε βίασ ἀποτίσεαι ἐλθών· 118ᵇ = π 255 cf. γ 216
αὐτὰρ ἐπεὶ μνηστῆρασ ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι 119sq. cf. α 295sq.
κτείνηισ ἠὲ δόλωι ἢ' ἀμφαδὸν ὀξέϊ χαλκῶι,
ἔρχεσθαι δὴ ἔπειτα λαβὼν ἐϋῆρεσ ἐρετμόν. 121sq. cf. ψ 268sq.
εἰσ ὅ κε τοὺσ ἀφίκηαι, οἳ οὐ ϝίσσασι θάλασσαν
ἀνέρεσ οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσι· 123-125 = ψ 270 sqq.
οὐδ' ἄρα τοὶ ϝίσσασι νέασ φοινικοπαρήιουσ
οὐδ' ἐϋήρε' ἐρετμά, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται.
σῆμα δέ τοι ϝερέω μάλ' ἀριφραδέσ, οὐδέ σε λήσει· 126sq. cf. ψ 273sq. 126 = ψ 326
ὁππότε κεν δή τοι ξυμβλήμενοσ ἄλλοσ ὁδίτησ
φήηι ἀθηρηλοιγὸν ἔχειν ἀνὰ φαιδίμωι ὤμωι, 128 = ψ 275
καὶ τότε δὴ γαίηι πήξασ ἐϋῆρεσ ἐρετμόν, 129sq. cf. ψ 276sq.
ῥέξασ ἱερὰ καλὰ Ποσειδάωνι ϝάνακτι,

119. ἐπεὶ F P] ἐπὴν G (cf. § 326). || 124. οὐδ'(ἐ)] οὐκ G. — τοὶ G X] τοί γ' (τ', δ') Ω; τοί γε (ϝ)ίσασι G ψ 271. Cf. vs. 122 et ξ 89. || 130. ῥέξασ] ἔρξασ G F.

117. καὶ ϝέδνα διδόντεσ] *pretium offerendo*; cf. α 277 et θ 318 sq.

118–137. Cf. simile de Menelai ex hac vita excessu vaticinium δ 561–569. Hos versus, qui ψ 268 sqq. sunt iterati, postmodo Odysseae insertos esse multi sunt suspicati, in carmine enim nostro hoc vaticinium ad eventum non perduci. Sed genuinos esse et fabulam Odyssea antiquiorem spectari hinc efficitur potius. In Odysseae fine, ut in Iliadis, poeta transitum paravit ad res postmodo insecutas (cf. Ω 658), Ulixi autem qualis vitae pars postrema fuisset indicari necesse erat, ne iusto fine carere viderentur quae poeta de eo narravit. Cf. κ 490 sqq.

121. δὴ ἔπειτα] § 9.

122 et 124. ϝίσσασι] cf. § 160 et θ 559 sq.

124. φοινικοπαρήιουσ] cf. B 637.

125. τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται] cf. δ 708 et Hes. Op. 627 sq.: ὅπλα δ' ἐπάρμενα πάντα τεῶι ἐγκάτθεο ϝοίκωι | εὐκόσμωσ στολίσασ νηὸσ πτερὰ ποντοπόροιο, idem fr. 76: πρῶτοι (Aeginetae) δ' ἱστί' ἔθεν νηὸσ πτερὰ ποντοπόροιο.

128. ἀθηρηλοιγὸν] *ventilabrum*, quo instrumento iactantur grana, ut paleae intermixtae dissipentur vento (cf. E 499—501). Similis fuit usus τοῦ πτύου (cf. N 588). Proprie *palearum perniciem* vox significat, et conferri potest μυλήφατοσ *farinae* epitheton β 355; similis autem conformationis est nomen κιναχύρα sive *cribrum* Ar. Eccl. 730.

130 sq. *Neptuno*, quem *maris* deum duxit poeta Odysseae, vetustiores vero fabulae deum *terrestrem* sive *infernum* exhibuerunt, Ulixes *suovetaurilia* sive τριττοίαν βόαρχον ferre iubetur (cf. Ar. Plut. 820) in regione tam procul a mari remota ut neque *salem* neque *naves* — neque deum maris! — cognoverint incolae. Ithaca igitur relicta iter illuc, quo non nisi „multis mortalium urbibus praeteritis" (ψ 267) pervenire potuit, facere iubetur sive…

ἀρνειὸν ταῦρόν τε συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον, 131-133 = ψ 278 sqq.
ϝοίκαδ' ἀποστείχειν ϝέρδειν θ' ἱερὰσ ἑκατόμβασ 132[b] sq. = δ 478 sq.
ἀθανάτοισι θεοῖσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι,
πᾶσι μάλ' ἑξείησ. θάνατοσ δέ τοι ἐξ ἁλὸσ αὐτῶι 134sq.cf.ψ281sq.

134. ἐξ ἁλὸσ] *ἔξαλοσ? Cf. comment.

inchoare Odysseam alteram. Quod iter poeta prudenti consilio usus indicavit quidem, — quoniam de eo tacere vix licuit, — sed non fecit suscipi intra ipsius Odysseae ambitum (cf. vs. 107 et ω 546 sq.).

134 – 137. Non *immortalitas* vel — quod eodem redit — *vita in Elysio* promittitur Ulixi, ut Menelao Iovis genero (δ 561 sqq.), sed *vitae felicis finis serus et optabilis*. Nam licet ignoretur origo adiectivi ἀβληχρόσ, *mollem* tamen, ut E 337, significare apparet; *lenis* igitur mors dicitur quaeque vix animadversa obrepat seni annis confecto. Quali morte aevo *Saturni* fungebantur homines omnes, tunc enim 'θνῄσκον ὥσ τ' ὕπνωι δεδμημένοι (Hes. Op. 116), et Ulixis aetate *Syriae* certe in beata illa insula senes sic solebant absumi (cf. ο 409 – 411). De adiectivo τοῖοσ autem ita ut h. l. usurpato cf. Ψ 246. Verbum πέφνηι sive *interimat* minime pugnat cum adiectivo ἀβληχρῶι; quod verbum licet saepe *caedem* significet, saevi tamen nihil habet, sed *mortem subitam* tantum indicat. Hanc Ulixi inferet Apollo, qui ϝοῖσ' ἀγανοῖσι βέλεσσι — lenibus, quippe celeribus — senes propter ipsam senectutem non iam vitales καταπεφνεῖν munus habet; cf. γ 280 et ο 411 H 466, nec non κατατεθνάμεναι T 334 sq. mortem non violentam significans. Hactenus igitur clara et perspicua sunt omnia; sed ignoratur quid velit poeta mortem heroi ἐξ ἁλόσ sive *e mari* venturam dicens, si quidem revera id dixit. In *Telegonia* carmine epico Ulixem Telegonus filius ipsi ignotus interemit *radio raiae pastinacae*, insolito sane telo, non tamen ridiculo aut inaudito, quandoquidem et hodie in patriae nostrae vico *Bergum*, ubi arma nonnulla asservantur vetusta, extat telum piratae Indici, ex praeda urbis Iapara olim deletae oriundum, quod confectum est e cauda raiae. *Sophocles* autem in *Niptris* Telegoniam est secutus. Sed nihil eiusmodi in mente habuit poeta Odysseae, nihil potuit habere; nam a suopte filio trucidari, id *lene* aut *optabile* mortis genus dicere delirantis fuisset hominis. Quapropter Aeschylus, qui et ipse vocem ἐξ ἁλόσ in Homeri suo exemplari legebat, vaticinium Tiresiae aliter interpretatus et in satyrico dramate ludicre eo usus est fr. 270 (a Valckenaerio Diatr. p. 286 egregio mentis acumine in integrum restitutum); unde fluxit inanis fabella, quae de ipsius Aeschyli morte profertur apud recentiores. Postea fuere qui ἔξαλοσ una voce legentes *mortem extra mare* interpretarentur (sic Herodianus), collatis adiectivis ἔφαλοσ et ἔμφυλοσ, vel praepositionem ἐξ id quod ἔξω nunc (ut N 15 Π 668 π 288 al.) valere autumarent; sic vero mere *negativa* voci relinquitur vis (= *non in mari*), neque ad hanc interpretandi rationem tuendam satis valent loci allati. Illic enim verba „*considere* vel *degere* vel *collocare* ἐξ . . ." id quod „*considere* vel *degere* vel *collocare extra* . . ." signi-

ἀβληχρὸσ μάλα τοῖοσ ἐλεύσεται, ὅσ κέ σε πέφνηι
γήρα' ὕπο λιπαρῶι ἀρημένον, ἀμφὶ δὲ λαοὶ 136 sq.ª = ψ 283 sq.
ὄλβιοι ἔσσονται. τὰ δέ τοι νημερτέα ϝείρω.'
„ὣσ ἔφατ'· αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενοσ προσέϝειπον·
‚Τερεσίη, τὰ μὲν ἄρ ποθ' ἐπέκλωσαν θεοὶ αὐτοί.
ἀλλ' ἄγε μοι τόδε ϝειπὲ καὶ ἀτρεκέωσ κατάλεξον· 140 = Κ 384
μητρὸσ τήνδ' ὁράω ψυχὴν κατατεθνηυίησ,
ἣ δ' ἀκέουσ' ἧσται σχεδὸν αἵματοσ οὐδ' ἑϝὸν υἱὸν
ἔτλη ἐσ ἄντα ϝιδεῖν οὐδὲ προτιμυθήσασθαι.
ϝειπέ, ϝάναξ, πῶσ κέν με ἀναγνοίη τὸν ἐόντα;'
ὣσ ἐφάμην, ὃ δέ μ' αὐτίκ' ἀμειβόμενοσ προσέϝειπε· 145 = δ 471
‚ῥηΐδιόν τοι ἔποσ ϝερέω καὶ ἐνὶ φρεσὶ θήσω. 146 cf. h. Ap. 534
ὅν τινα μέν κ' ἐάηισ νεκύων κατατεθνηώτων
αἵματοσ ἆσσον ἴμεν, ὃ δέ τοι νημερτὲσ ἐνίψει· 148ª = κ 537
ὧι δέ κ' ἐπιφθονέηισ, ὃ δέ τοι πάλιν εἶσιν ὀπίσσω.'
„ὣσ φαμένη ψυχὴ μὲν ἔβη δόμον Ἄϝιδοσ εἴσω
Τερεσίαο ϝάνακτοσ, ἐπεὶ κατὰ θέσφατ' ἔλεξε.
αὐτὰρ ἐγὼν αὖθι 'μένον ἔμπεδον, ὄφρ' ἐπὶ μήτηρ 152 cf. 628
ἤλυθε καὶ 'πίεν αἷμα κελαινεφέσ· αὐτίκα δ' ἔγνω
καί μ' ὀλοφυρομένη ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα·
‚τέκνον ἐμόν, πῶσ ἦλθεσ ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα 155 cf. 57; 155ᵇ = Ψ 51

139, 151, 165. *Τερεσίη -αο*] cf. κ 492. || 145. *αὐτίκ'(α)* G P] *αὖτισ* F (cf. δ 398). || 146. *ἔποσ*] neglecto ϝ. — *ἐνὶ* H^2 K] *ἐπὶ* Ω (cf. *Α* 55). || 148. *ἐνίψει*] *-σπη(ι)* F^1 O Z. || 149. *ἐπιφθονέηισ* T] *-εισ* G F, *-οισ* P.

ficant, nostro igitur loco, ut illis similis posset videri, ad verba „τοι ἐξ ἁλόσ" mente supplendum esset „ζώοντι" vel eiusmodi quid; et *in mari* quoniam nemo habitat nisi pisces et numina marina, illud *extra* misere languet. Obscurum igitur est ἐξ ἁλόσ neque integrum videtur; poeta dixeratne ἔξαλοσ sive *celer* (cf. Δ 105)? Nimis dissimile litteris traditis est ὄψιμοσ, quod magis sane placet. Voci αὐτῶι opponitur λαοί vs. 136.

136. γήρα'(ϊ)] § 72.

— λιπαρῶι] quod λυγρόν esse solet aliis (Ε 153 al.).

— ἀρημένον] cf. Σ 434 sq.

139. ποθ'(ι)] § 322.

— ἐπέκλωσαν θεοὶ] cf. Υ 127 sq.

141. ὁράω] § 191.

— κατατεθνηυίησ] § 160.

144. με ... τὸν ἐόντα] *me esse eum quem videat.* Cf. ψ 116 ω 159.

147 sq. Cf. vs. 96.

147. κ' ἐάησ] § 191.

— νεκύων κατατεθνηώτων] cf. Χ 203 et § 160.

148. ἴμεν] § 126

— ἐνίψει] *dicet.* Cf. Η 447.

152. αὖθι] § 322.

155. πῶσ ἤλθεσ] non: *quomodo ve-*

ζωιὸσ ἐών; χαλεπὸν δὲ τάδε ζωιοῖσ' ὁράεσθαι.
ἦ νῦν δὴ Τροίηθεν ἀλώμενοσ ἐνθάδ' ἱκάνεισ 160ᵇ cf. ζ 206
νηΐ τε καὶ ἑτάροισι πολὺν χρόνον, οὐδέ πω ἦλθεσ 161ᵃ cf. 113
εἰσ Ἰθάκην οὐδ' εἶδεσ ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκα;‘
„ὣσ ἔφατ', αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενοσ προσέϝειπον·
‚μῆτερ ἐμή, χρηώ με κατήγαγεν εἰσ Ἀϝίδαο
ψυχῆι χρησόμενον Θηβαίου Τειρεσίαο. 165 cf. κ 492
οὐ γάρ πω σχεδὸν ἦλθον Ἀχαιίδοσ οὐδέ πω ἁμῆσ 166sq.ᵃ = 481 sq.
γῆσ ἐπέβην, ἀλλ' αἰὲν ἔχων ἀλάλημαι ὀϊζύν,
ἐξ οὗ τὰ πρώτισθ' ἑπόμην Ἀγαμέμνονι δίωι
Ϝίλιον εἰσ ἐΰπωλον, ἵνα Τρώεσσι μαχοίμην. 169 cf. Π 576
ἀλλ' ἄγε μοι τόδε ϝειπὲ καὶ ἀτρεκέωσ κατάλεξον· 170 = Κ 384
τίσ νύ σε κὴρ ἐδάμασσε τανηλεγέοσ θανάτοιο; 171 = 398; 171ᵇ = Θ 70
ἦ δολιχὴ νοῦσοσ, ἦ' Ἄρτεμισ ἰοχέαιρα
ϝοῖσ' ἀγανοῖσι βέλεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνε; 173 = ι 124
ϝειπὲ δέ μοι πατρόσ τε καὶ υἱέοσ, ὃν κατέλειπον,
ἦ ἔτι πὰρ κείνοισιν ἐμὸν γέρασ, ἦέ τισ ἤδη 175ᵇsq.ᵃ cf. π 33 sq.

---

157 *μέσσωι γὰρ μεγάλοι ποταμοὶ καὶ δϝεινὰ ῥέεθρα,*
Ὠκεανὸσ μὲν πρῶτα, τὸν οὔ πωσ ἔστι περῆσαι
πεζὸν ἐόντ', ἤν μή τισ ἔχηι ἐΰϝεργέα νῆα.

157—159. Ar. —; emblema peperit versus 155 male intellectus. Imitatorem arguunt quae de Oceano dicuntur; cf. etiam ἤν forma recens pro αἴ κεν. || 159. ἐόντ'(α)] ἰόντ' G (cf. Δ 277). || 160. ἦ νῦν δὴ] ἦ δὴ νῦν W (cf. χ 29 ω 260), ἤδη νῦν U, ἦ νύνδη (*nuper*) quidam apud Herodianum. || 161 sq. Aristoph. — || 161. Cf. vs. 113. || 162. εἴδεσ] neglecto ϝ || 173. ἀγανοῖσι βέλεσσιν H] -νοῖσ βελέεσσιν GFP (cf. § 60). || 174. ὃν] οὓσ Aristoph.

---

nisti? (ut vs. 57) sed: *qui factum est* (vel: *quomodo eo es adductus*) *ut vivus huc venires?* Item Eur. El. 1355 Ar. Pac. 193.

156. χαλεπὸν] non *difficile* sed *grave, terribile.*

— ζωιοῖσ' ὁράεσθαι] § 191.

159. ἦν] § 326.

164. χρηώ] § 190.

166. ἁμῆσ] § 95. *Nostrae* = *tuae et meae.* Cf. Z 414.

167. γῆσ] § 58.

171—179. Hunc locum Praxiphanes improbabat propterea quod heros postremo demum loco de sorte uxoris interrogaret matris umbram. Defendebat Ar.: morem esse poetae, πρὸσ τὸ δεύτερον πρῶτον ἀπαντᾶν, sic B 763—779 prius equorum, dein ipsorum virorum factam esse mentionem (schol. I[1] ante Chr. n. saeculi ad B 763 in pap. Oxyrh. 1086).

172. δολιχὴ] *diuturnum* adi. etiam K 52 ψ 243 indicat, ad *tempus* igitur a *spatio* translatum. Transitus fit ubi πλόοσ vel ὁδόσ dicitur δολιχόσ -χή sive *et longus et diuturnus.*

173. ἀγανοῖσι βέλεσσιν] § 60. De ipsa locutione cf. γ 280.

175 et 184. γέρασ] cf. Y 182.

ἀνδρῶν ἄλλοσ ἔχει, ἐμὲ δ' οὐκέτι φασὶ νέεσθαι.
ϝειπὲ δέ μοι μνηστῆσ ἀλόχου βουλήν τε νόον τε, 177^b = β 281
ἠὲ μένει παρὰ παιδὶ καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσει, 178 cf. τ 525 178^b cf. β 227
ἦ ἤδη μιν ἔγημεν Ἀχαιῶν ὅσ τισ ἄριστοσ.'
„ὣσ ἐφάμην, ἣ δ' αὐτίκ' ἀμείβετο πότνια μήτηρ·
‚καὶ λίην κείνη γε μένει τετληότι θυμῶι 181-183 = π 37 181^a cf. α 46 [sqq.
σοῖσιν ἐνὶ μεγάροισιν· ὀϊζυραὶ δέ ϝοι αἰεὶ 182 cf. ν 337
φθίνουσιν νύκτεσ τε καὶ ἤματα δάκρυ χεούσηι. 183 = ν 338 cf. Σ 340
σὸν δ' οὔ πώ τισ ἔχει καλὸν γέρασ, ἀλλὰ ϝέκηλοσ
Τηλέμαχοσ τέμενοσ νέμεται καὶ δαῖτασ ἐϝίσασ
δαίνυται, ἅσ τε ϝέϝοικε δικασπόλον ἄνδρ' ἀλεγύνειν·
πάντεσ γὰρ καλέουσι. πατὴρ δὲ σὸσ αὐτόθι μίμνει
ἀγρόθι, οὐδὲ πόλινδε κατέρχεται. οὐδέ ϝοι εὐναὶ
δέμνια καὶ χλαῖναι καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα, 189 cf. τ 318 ψ 180 189^b = τ 337
ἀλλ' ὅ γε χεῖμα μὲν εὕδει ὅθι δμῶεσ ἐνὶ ϝοίκωι,
ἐν κόνι' ἄγχι πυρόσ, κακὰ δὲ χροΐ ϝείματα ϝέσται, 191^b cf. τ 72 ψ 115
αὐτὰρ ἐπεί κ' ἔλθηισι θέροσ τεθαλυῖά τ' ὀπώρη,
πάντηι ϝοι κατὰ γουνὸν ἀλωιῆσ ϝοινοπέδοιο 193 cf. α 193

178. In SKWiq et in marg. H additur: *κτῆσιν ἐμήν, δμῶάσ τε καὶ ὑψερεφὲσ μέγα δῶμα | εὐνήν τ' αἰδομένη πόσιοσ δήμοιό τε φήμην* (= τ 526 sq.), omittitur autem in K vs. 179. ‖ 180. *ἀμείβετο πότνια μήτηρ*] *ἀμειβομένη προσέειπεν* G (cf. δ 706). ‖ 183. *φθίνουσιν* F] *φθινύθουσι(ν)* GP, quod vitium metricum redit ν 338 π 39. Cf. σ 407. ‖ 185. **τέμενοσ*] *τεμένη* (*-νεα* Ar.). *Unum τέμενοσ* habent reges (cf. *Z* 194 *I* 578 *M* 313 *Y* 184, 391 ζ 293). Terminum novicium *-νη* (cf. § 71) peperisse videtur syllaba vicina *νε-*. ‖ 186. *τε ϝέϝοικε* Bentley] *τ' ἐπέοικε*. ‖ 188. **ἀγρόθι*] *ἀγρῶι* (cf. § 14). ‖ 190. *ἐνὶ ϝοίκωι*] *κατὰ δῶμα* G. ‖ 191. *ϝέσται*] *ἧσται* Zen., *ἧ(σ)ται* vel *εἷ(σ)ται* *Ω*, *ἧστο*(?) Ar.

184. ϝέκηλοσ] Telemachum in aedibus paternis quietum et nullo vetante degisse Anticlea hac voce significavit. Visit eam Ulixes anno tertio post Troiam captam; quo tempore quies et silentium etiam erant in regia Ithacensi, nondum enim proci strepitu quotidiano omnia illic implebant (cf. β 89). Uxor tunc maritum absentem deflebat, filius vero tredecim fere annos natus patrem, quem nunquam vidisset, admodum desiderare non poterat.

185–187. *Et fruitur cenis talibus quales a principibus ei praeberi decet.* Dicuntur δικασπόλοι (de qua voce cf. A 238) duodecim βασιλῆεσ Ithacenses (cf. α 245—248). Non enim *Telemachum* puerum ἄνδρα δικασπόλον nunc vocari hic annotari vix est opus. *Primores civitatis parant* (cf. α 374 al.) cenas opiparas, quales fert eorum res domestica.

191. κόνι'(ι)] § 74.

192. ἐπεί κ'(ε)] § 326.

193 sq. *Ubique folia per humum sparsa cubile ei praebent.* Folia κεκλιμένα postea dicebantur folia *inclinata*, πεφρικόσι sive *horridis* opposita (cf. Theophr. Hist. Plant. III 9 § 2 et 4).

φύλλων κεκλιμένων χθαμαλαὶ βεβλήαται εὐναί.
ἔνθ' ὅ γε κεῖτ' ἀχέων, μέγα δὲ φρεσὶ πένθοσ ἀέξει 195 cf. *P* 139
σὸν νόστον ποθέων· χαλεπὸν δ' ἐπὶ γῆρασ ἱκάνει.
οὕτω γὰρ καὶ ἐγὼν ὀλόμην καὶ πότμον ἐπέσπον.
οὔτ' ἐμέ γ' ἐν μεγάροισιν ἐΰσκοποσ ἰοχέαιρα
ϝοῖσ' ἀγανοῖσι βέλεσσιν ἐποιχομένη κατέπεφνε, 199 = ε 124
οὔτε τισ οὖν μοι νοῦσοσ ἐπήλυθεν, ἥ τε μάλιστα
τηκεδόνι στυγερῆι μελέων ἐξείλετο θυμόν·
ἀλλά με σόσ τε πόθοσ σά τε μήδεα, φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
σή τ' ἀγανοφροσύνη μελιϝηδέα θυμὸν ἀπέϝρα.' 203ᵃ cf. *Ω* 772; 203ᵇ = *K* 495
„ὣσ ἔφατ'· αὐτὰρ ἐγώ γ' ἔθελον φρεσὶ μερμηρίξασ
μητρὸσ ἐμῆσ ψυχὴν ἑλέμεν κατατεθνηυίησ.
τρὶσ μὲν ἐφωρμήθην ἑλέμεν τέ με θυμὸσ ἄνωγε,

---

194. κεκλιμένων] κεκλαμένων Herodianus (Etym. M. 500, 27), καὶ καλάμων Naber (coll. π 47 Plat. Rep. 372 *b*). || 196. νόστον ποθέων G et „meliores" in schol. H] πότμον γοόων F P (ut *Π* 857). — δ' ἐπὶ] δέ ϝε Duentzer (ut ζ 169 *Α* 29 al.). Cf. ϑ 226 κ 376 τ 368. || 199. ἀγανοῖσι βέλεσσιν F] -νοῖσ βελέεσσιν G P (cf. § 60). || 200. οὖν] αὖ l. a. || 202. μήδεα] κήδεα W. || 203. ἀπέϝρα § 150⁵] ἀπηύρα.

Noster versus si integer est (cf. nota crit.), ea fere quae K 350 α 366 est verbi vis.

196. ποθέων] non frustra autem desiderat, nam in carminis fine ad eum rediturus est filius. Quem operis exitum iam nunc in poetae mente parari hic versus testatur; nam de rege sene plura dicturum esse eum qui sic iam de eo loquatur, quivis sentit. Cf. α 188—193.

198. ἐΰσκοποσ] ceteris locis (Ω 24 al.) *Mercurii* est epitheton.

199. ἀγανοῖσι βέλεσσιν] § 60. De ipsa locutione cf. γ 280.

200 sq. Simillima verborum structura est Thuc. I 15 § 2: κατὰ γῆν δὲ πόλεμοσ, ὅθεν τισ καὶ δύναμισ παρεγένετο, οὐδεὶσ ξυνέστη (ubi perperam κἂν pro καὶ est propositum).

202. σόσ . . . πόθοσ] *desiderium tui.* Laqueo Anticleam (ut Iocasten, cf. vs. 278) vitam finivisse, cum falsum de filii morte nuntium ei attulisset Nauplius, narrarunt recentiores, ο 356—360 autem an et Odysseae poeta violentam et voluntariam eius mortem fuisse significaverit dubitari potest. Sed nostro loco satis aperte ipsa dicit se lento luctu contabuisse, et illic quominus poetae verba sic interpretemur nihil obstat. Cf. Priami verba mortuum Hectorem lugentis: τοῦ μ' ἄχοσ ὀξὺ κατοίσεται Ἄϊδοσ εἴσω (X 425).

202 sq. σὰ . . . μήδεα . . . σή τ' ἀγανοφροσύνη] i. e. πόθοσ σῶν μηδέων καὶ σῆσ ἀγανοφροσύνησ. Similis est brevitas in *comparatione compendiaria* quae vocari solet (cf. P 51).

203. μελιϝηδέα θυμὸν] cf. K 495.

205 sq. et 210. ἑλέμεν] § 126.

205. κατατεθνηυίησ] § 160.

206—208 Cf. Ψ 99—101. Vertit Verg. Aen. II 792—794 (= VI 700—702).

τρὶσ δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῆι εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρωι
ἔπτατ᾽. ἐμοὶ δ᾽ ἄχοσ ὀξὺ ᾽γενέσκετο κηρόθι μᾶλλον,
καί μιν φωνήσασ ϝέπεα πτερόεντα προσηύδων·
‚μῆτερ ἐμή, τί νύ μ᾽ οὐ μίμνεισ ἑλέμεν μεμαῶτα,
ὄφρα καὶ ἐν Ἀϝίδαο φίλω περὶ χεῖρε βαλόντε
ἀμφοτέρω κρυεροῖο τεταρπώμεσθα γόοιο; 212' = Ψ 10
ἦ μοι ϝείδωλον τόδ᾽ ἀγαυὴ Περσεφόνεια
ὤτρυν᾽, ὄφρ᾽ ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενοσ στοναχίζω;‘ 214 cf. ι 13
„ὣσ ἐφάμην, ἣ δ᾽ αὐτίκ᾽ ἀμείβετο πότνια μήτηρ·
‚ὤ μοι, τέκνον ἐμόν, πάντων πέρι κάμμορε φωτῶν, 216ᵇ = υ 33
οὔ τί σε Περσεφόνεια Διὸσ θυγάτηρ ἀπαφίσκει,
ἀλλ᾽ αὕτη δίκη ἐστὶ βροτῶν, ὅτε τίσ τε θάνηισι. 218ᵃ cf. τ 43ᵃ ω 255ᵇ
οὐ γὰρ ἔτι σάρκασ τε καὶ ὀστέα ϝῖνεσ ἔχουσι,
ἀλλὰ τὰ μέν τε πυρὸσ κρατερὸν μένοσ αἰθομένοιο 220ᵇ cf. Z 182
δάμνατ᾽, ἐπεί κε πρῶτα λίπηι λεύκ᾽ ὀστέα θυμόσ, 221ᵇ cf. M 386
ψυχὴ δ᾽ ἠΰτ᾽ ὄνειροσ ἀποπταμένη πεπότηται.
ἀλλὰ φάοσδε τάχιστα λιλαίεο· ταῦτα δὲ πάντα
ϝίσθ᾽, ἵνα καὶ μετόπισθε τεῆι ϝείπηισθα γυναικί.‘
„νῶϊ μὲν ὣσ ϝεπέεσσιν ἀμειβόμεθ᾽· αἳ δὲ γυναῖκεσ

207. εἴκελον] neglecto ϝ, l. a. (ε)ἰκέλη, Bentley ϝίκελον σκιῆι. || 211. φίλω] φίλασ Ω. Cf. Θ 378 Φ 432 et Γ 18. || 213. ἦ μοι] sic vel ἠέ τι Bentley, ἦ τί μοι Ω; an *ἠέ τί μοι ϝείδωλον ἀγαυή? || 216. πάντων πέρι υ 33] περὶ πάντων Ω (πάντων om. F[1]). || 218. τίσ τε Monro] τίσ κε G, κέν τε F P. — θάνηισι(ν) G F[1]] -νωσιν F[2] P. || 221. δάμνατ᾽(αι) G X] δαμνᾶι Ar. Ptolemaeus Asc. (F) P H M, δάμναται ὡσ Crates. Cf. ξ 488 Hes. Theog. 122 et Ξ 199.

207. ἢ καὶ ὀνείρωι] somniorum imagines extra mentem somniantium revera extare et a dis ad eos *mitti* poeta arbitrabatur. Cf. Ψ 62—101.

208. ἔπτατ᾽(ο)] § 216.

211. ἐν] § 315.

218—222. Cf. Ψ 62—101.

219. ἔτι] § 26.

222. ἀποπταμένη] § 216.

223. φάοσδε] § 71.

225—330. Feminarum harum recensio, quam secum traxit mentio *Anticleae* sine damno ab Ulixis narratione abesse poterat, quoniam nulla ex his reginis eius vitae fuit intermixta. Et brevium fabellarum hanc seriem aliunde a poeta esse ductam, fortasse testatur narratio mox finita, dein iubente Alcinoo redintegrata (cf. vs. 333—384); nam uno tenore quominus heros ad finem usque pergeret nihil obstabat. Sed poetam carmen eo consilio intercidisse vs. 332 ut die sequenti continuaret arbitratur Drerup, qui in rhapsodias quindecim Odysseam divisit, assentiente Rothio. -- Inter carmina Hesiodea fuit olim *Catalogus mulierum,* constat igitur plures poetas hoc argumentum tractasse, et credibile est ante Odys-

ἤλυϑον, — ὤτρυνεν γὰρ ἀγαυὴ Περσεφόνεια, —
ὅσσαι ἀριστήων ἄλοχοι ἔσαν ἠδὲ ϑύγατρεσ.
αἳ δ' ἀμφ' αἷμα κελαινὸν ἀϝολλέεσ ἠγερέϑοντο· 228b = Ψ 233
αὐτὰρ ἐγὼ 'βούλευον, ὅπωσ ἐρέοιμι ϝεκάστην.
ἥδε δέ μοι κατὰ ϑυμὸν ἀρίστη 'φαίνετο βουλή· 230 = ι 318
σπασσάμενοσ τανύηκεσ ἄορ παχέοσ παρὰ μηροῦ 231 = Π 473
οὐκ εἴων πίνειν ἅμα πάσασ αἷμα κελαινόν.
αἳ δὲ προμνηστῖναι ἐπήϊσαν ἠδὲ ϝεκάστη
ϝὸν γόνον ἐξαγόρευον· ἐγὼ δ' ἐρέεινον ἁπάσασ.
„ἔνϑ' ἤ τοι πρώτην Τυρὼ 'ϝίδον ἠϋπάτειραν,
ἣ 'φάτο Σαλμωνῆοσ ἀμύμονοσ ἔκγονοσ εἶναι,
'φῆ δὲ Κρηϑῆοσ γυνὴ ἔμμεναι Αἰολίδαο.
ἣ ποταμοῖ' ἠράσσατ' 'Ενιπῆοσ ϑείοιο,
ὃσ πολὺ κάλλιστοσ ποταμῶν ἐπὶ γαῖαν ἵησι,
καί ῥ' ἐπ' 'Ενιπῆοσ 'πωλέσκετο καλὰ ῥέεϑρα.
τῶι δ' ἄρα ϝεισάμενοσ γαιήοχοσ ἐνοσίγαιοσ
ἐν προχοῆισ ποταμοῦ παρελέξατο δινήεντοσ·

232. πίνειν G F] πινέειν P, πιέειν W (aor. ut μ 446 Λ 125 al.). || 233. ἠδὲ Ar. G P] ἢ δὲ F (cf. Ο 127). || 234. ἐξαγόρευον G] ἐξαγόρευεν F² P, ἐξερέεινεν H, ἐξερέουσα F¹. Cf. Ω 1 sq. al. || 235. πρώτην G F P] πρῶτον H M. — ἠϋπάτειραν] cf. Ζ 292. || 236. ἀμύμονοσ] sic Ar., ἀτασϑάλου olim alii. || 241. ἄρα (ϝ)εισάμενοσ F P] ἄρ' εισάμενοσ G (cf. § 212³). || 242. προχοῆισ] -ῆι F¹ T, -ῆισ' G; *-ῆισι ῥόου (coll. Φ 219)? Novicium est -ῆισ (§ 57), item υ 65; sed singularis recipiendus non videtur, quia ceteris locis (Ρ 263 ε 453) est pluralis.

seae poetam alium aliquem id tractasse et exemplo fuisse nostro.

226. ὤτρυνεν] *mittebat* vel potius *venire sinebat* Proserpina, quae et revocavit (vs. 385 sq.). Mulieribus igitur regina mortuorum imperavit, viris rex. Cf. loci ubi Diana mulieres, Apollo autem viros morte subita abripere dicitur (γ 280 al.).

233. προμνηστῖναι] *singulae*. Adi. incertae originis redit φ 230; opp. est ἀγχιστῖνοι (Ε 141 al.).

235. Τυρὼ 'ϝίδον] in 3am personam conversa haec fiunt: 'ϝίδε Τυρόα. Cf. § 77 et κ 277.

237. Cf. Ζ 154.

238. ποταμοῖ'(ο)] § 59.

239. ἵησι] cf. η 130.

241 sq. Enipei figuram Neptunus sumsit, ut Iuppiter Amphitryonis in fabula posthomerica, quae fuit de Herculis natalibus (cf. Ε 396). Sic enim conflatae sunt binae fabulae parallelae, quarum altera fluvii (herois) altera Neptuni (Iovis) filios faciebat Peliam et Neleum (Herculem). Id quod testatur et ipse locus ubi Neptunus cum virgine (ad vs. 245) est congressus, qui *maris* sinus an *fluvii* ostium esset ambiguum fuit. Nam *habitasse* deum in fluvii sui ostio sumsit poeta noster, ut Verg. Aen. VIII 65 (cf. etiam Hes. Op. 757).

πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα περιστάθη, οὔρεϊ ϝῖσον,
κυρτωθέν, 'κρύψεν δὲ θεὸν θνητήν τε γυναῖκα.
αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἐτέλεσσε θεὸσ φιλοτήσια ϝέργα,
ἔν τ' ἄρα ϝοι 'φῦ χειρὶ ϝέποσ τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζε· 247 = Z 253
‚χαῖρε, γύναι, φιλότητι. περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ 248ᵇ cf. Ψ 833 α 16
τέξεαι ἀγλαὰ τέκν', ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ
ἀθανάτων· σὺ δὲ τοὺσ κομέειν ἀτιταλλέμεναί τε.
νῦν δ' ἔρχευ πρὸσ δῶμα καὶ ἴσχεο μηδ' ὀνομήνῃσ·
αὐτὰρ ἐγώ τεΐν εἰμι Ποσειδάων ἐνοσίχθων.'
ὣσ ϝειπὼν ὑπὸ πόντον ἐδύσετο κυμαίνοντα. 253 = δ 570
ἣ δ' ὑποκυσαμένη Πελίην 'τέκε καὶ Νηλῆα, 254ᵃ = Z 26
τὼ κρατερὼ θεράποντε Διὸσ μεγάλοι' ἐγενέσθην
ἀμφοτέρω· Πελίησ μὲν ἐν εὐρυχόρωι 'Ιαολκῶι
'ναῖε πολύρρηνοσ, ὃ δ' ἄρ' ἐν Πύλωι ἠμαθόεντι.
τοὺσ δ' ἑτέρουσ Κρηθῆϊ 'τέκεν βασίλεια γυναικῶν,
Αἴσονά τ' ἠδὲ Φέρητ' Ἀμυθάονά θ' ἱππιοχάρμην.

---

245 *'λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην, κατὰ δ' ὕπνον ἔχευε.*

---

245. Zen. om., Ar. —— || 249. *τέξεαι* Zen. M[1]] *τέξεισ* Ar. Ω (ut h. Merc. 493 et in oraculis Herod. V 92 Ar. Eq. 1037). Cf. *T* 99 Hes. Theog. 469 et § 236. — *τέκν'(α)* n] *τέκνα* Ω (cf. § 8). — *ἀποφώλιοι*] *ἀνεμώλιοι* l. a. ant. || 251. *νῦν δ' ἔρχευ*] **ἔρχεο* (sic G) *νῦν*? Cf. § 117. || 252. *τεΐν* Nauck] *τοί* (om. F[1]). Cf. § 14. || 254—257. H[1] hic omittit, post *μ* 99 habet (loco alieno). || 256. *'Ιαολκῶι* F] *-ωλκῶι* P (cf. *B* 712).

---

243 sq. *Curvata in montis faciem circumstetit unda* | *accepitque sinu vasto* Verg. Georg. IV 361, quae „ex Hesiodi Mulieribus" translata esse ait schol. Bern., memoria fortasse lapsus aut in brevius contractis verbis quae de hoc loco Homerico arti Hesiodi affini fusius olim disputassent grammatici. „Aquae caverna" inclusi sunt deus et mulier, quemadmodum „cava nube" saepe inclusi sunt di vel mortales (cf. Ν 29 η 15 al. et praesertim Ξ 350).

245. Molestissima in hoc versu est *somni* mentio; *virgo* vero quod dicitur Tyro, a poetae mente non disceditur. *Enipei* fluvii amore cum flagraret virgo regia, a *Neptuno* est decepta et compressa; postea a Cretheo rege uxor est ducta. Aptus igitur est vs. 251; *nupta* vero mulier ne tale quid narraret marito, vix erat opus ut admoneretur. Et hanc ob causam vs. 258 sq. filii Crethei post Neptuni filios nominantur. Eundem rerum ordinem praebuit posterorum fabula quae fuit de natalibus *Ulixis*: a Sisypho vitiatam Anticleam Laërtae nupsisse.

248. χαῖρε γύναι φιλότητι] *gloriare isto amore*: deus te amavit! Cf. Gell. III 16 § 15.

249 τέξεαι ἀγλαὰ τέκν'(α)] *prolem divinam paries.* Cf. Π 185.

— ἀποφώλιοι] cf. ε 182.

253. ἐδύσετο] § 152.

255. μεγάλοι'(ο)] § 59.

259. ἱππιοχάρμην] cf. Ζ 469.

„τὴν δὲ μετ' Ἀντιϝόπην 'ϝίδον, Ἀσωποῖο θύγατρα,
ἣ δὴ καὶ Διὸσ ηὔχετ' ἐν ἀγκοίνηισιν ἰαῦσαι, 261 cf. Ξ 213
καί ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδ', Ἀμφίονά τε Ζῆθόν τε,
οἳ πρῶτοι Θήβησ ἕδοσ ἔκτισαν ἑπταπύλοιο 263 cf. Δ 406
'πύργωσάν τ'· ἐπεὶ οὐ μὲν ἀπύργωτόν γ' ἐδύναντο
ναιέμεν' εὐρύχορον Θήβην, κρατερώ περ ἐόντε.
„τὴν δὲ μετ' Ἀλκμήνην 'ϝίδον, Ἀμφιτρύωνοσ ἄκοιτιν,
ἣ ῥ' Ἡρακλέεα θρασυμέμνονα θυμολέοντα 267[b] = Ε 639
'γείνατ' ἐν ἀγκοίνηισι Διὸσ μεγάλοιο μιγεῖσα·
καὶ Μεγάρην, Κρείοντοσ ὑπερθύμοιο θύγατρα,
τὴν ἔχεν Ἀμφιτρύωνοσ υἱὸσ μένοσ αἰὲν ἀτειρήσ.
„μητέρα τ' Οἰδιπόδα' ἔϝιδον, καλὴν Ἐπικάστην,
ἣ μέγα ϝέργον ἔρεξεν ἀϝιδρείηφι νόοιο, 272[a] cf. ω 458
γημαμένη ϝῶι υἷι, ὃ δὲ ϝὸν πατέρ' ἐξεναρίξασ
'γῆμεν. ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ 'θέσαν ἀνθρώποισι·
ἀλλ' ὃ μὲν ἐν Θήβηι πολυηράτωι ἄλγεα πάσχων
Καδμείων ἐϝάνασσε θεῶν ὀλοὰσ διὰ βουλάσ,
ἣ δ' ἔβη εἰσ Ἀϝίδαο πυλάρταο κρατεροῖο, 277 cf. Θ 367
ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου,
ϝῶι ἄχεϊ σχομένη, τῶι δ' ἄλγεα κάλλιπ' ὀπίσσω
πολλὰ μάλ', ὅσσα τε μητρὸσ 'Ερινύεσ ἐκτελέουσι. 280[a] cf. Τ 265
„καὶ Χλῶριν ἔϝιδον περικαλλέα, τήν ποτε Νηλεὺσ

---

262. ἔτεκεν] ἔσχεν F[1]. ‖ 264. μὲν Ar. G F] μιν Aristoph. P. ‖ 266. In F subiungitur ἣ — ἰαῦσαι (= vs. 261). ‖ 272. ἀϝιδρείηφι § 46] -ηισι. ‖ 273. ϝῶι υἷι] ἑϝῶι υἷ' Fick. An *υἱέϊ γημαμένη? Cf. § 17. — δὲ] δ' Ω cum vitio metrico (cf. § 14).

---

260 et 266. Cf. ι 134.

264 sq. Adiectivo εὐρύχοροσ indicatur *cur* muros struxerint Amphion et Zethus: in planitie enim aperta urbem nisi turribus protectam ne fortissimi quidem heroës tueri poterant.

267. Ἡρακλέεα] § 73.

269. Μεγάρην] hunc accusativum a verbo 'ϝίδον (vs. 266) suspensum esse neminem potuit fugere.

270. υἱόσ] § 17.

271. Οἰδιπόδα'(ο)] § 55.

274. ἄφαρ] *subito, necopinato*, quae et Β 453 Κ 537 particulae est vis; *statim* perperam interpretatur Pausanias IX 5 § 5.

275 sq. Ergo etiam post incestum detectum et miserrimum matris obitum aliquot annos Thebis regnavit. Cf. Ψ 679.

276. Καδμείων] cf. Κ 32 sq.

278. αἰπὺν] cf. αἰπὰ ῥέεθρα Θ 369.

280. μητρὸσ Ἐρινύεσ] cf. ι 454. Ex hac locutione efficitur Iocasten morituram pessima quaeque imprecatam esse filio parricidae et incesto; cf. Althaea Meleagrum filium morti devovens ι 568.

'γῆμεν ἑϝὸν διὰ κάλλοσ, ἐπεὶ 'πόρε μυρία ϝέδνα, 282ᵇ = *Π* 190
ὁπλοτάτην κούρην Ἀμφίονοσ 'Ιασίδαο,
ὃσ ποτ' ἐν 'Ορχομενῶι Μινυηΐωι ἶφι 'ϝάνασσε·
ἡ δὲ Πύλου 'βασίλευε, 'τέκεν δέ ϝοι ἀγλαὰ τέκνα,
Νέστορά τε Χρομίον τε Περικλύμενόν τ' ἀγέρωχον. 286ᵇ = Hes. fr. 14,1
τοῖσι δ' ἐπ' ἰφθίμην Πηρὼ 'τέκε, θαῦμα βροτοῖσι,
τὴν πάντεσ 'μνάοντο περικτίται· οὐδέ τι Νηλεὺσ
τῶι ἐδίδου, ὃσ μὴ ϝέλικασ βόασ εὐρυμετώπουσ
ἐκ Φυλάκησ ἐλάσειε βίησ Ϝιφικλεεείησ
ἀργαλέασ. τὰσ δ' οἶοσ ὑπέσχετο μάντισ ἀμύμων

284. *Μινυηΐωι*] *-ήων* F Z k fortasse recte (cf. vs. 276 et 285), *-είωι* W U². Cf. *B* 511 *Λ* 722. — *ἶφι*] neglecto *ϝ*. ‖ 285. *ἣ δὲ* Herodian. G (F¹)] *ἠδὲ* Ar. F² P (cf. *O* 127), *ὃσ δὲ* Bothe. ‖ 287. *Πηρὼ 'τέκε*] *τέκε Πηρόα* Nauck (cf. § 77). ‖ 288. *οὐδέ τι*] *οὐδ' ἄρα* Aristoph. T.

282. Cf. θ 318 sq.

286. Plures filios Neleo hunc poetam tribuisse ex alia uxore susceptas, veri est dissimillimum; non congruit igitur hic versus cum Λ 692.

— ἀγέρωχον] cf. Β 654.

288. 'μνάοντο] § 190 sq.

290. Ϝιφικλεεείησ] § 73.

291—296. Fabulas complures audientibus bene cognitas (cf. Α 307) in breve contraxit poeta, cum hanc feminarum inclutarum recensionem concinnavit. Et hoc quidem loco luculenter id apparet, ubi *vates* quidam ne nomine quidem proprio designatur et siletur de eius conaminum effectu; iis videlicet, quibus poeta canebat, res quas spectabat non poterant esse obscurae. Etiam *Hesiodi* carmen fuit hac de materie, et a posteris fabula variis modis est exornata. Dicitur *Melampus*, cuius fata aliquanto quidem fusius, sed nobis qui nunc vivimus nihilo magis perspicue, enarrantur ο 225—255. Hic cum ab Iphiclo rege Phylaces e carcere esset dimissus, boves Iphicli Pylum deduxit, dein Neleum morte affecit (hoc ex ο 233 sq. efficitur) propter ϝέργον ἀϝεικέσ sive *laborem ingentem* (cf. Τ 133) ab ipso sibi mandatum, unde vita vix salva modo effugerat; *fratri* autem *Bianti* uxorem *Pero* in aedes deduxit, dein in aliam regionem migravit ipse, ubi et uxorem duxit. Biantis Δ 296 et apud alios fit mentio. Sed ratio ferebat ut *sibi ipsi* potius Melampus armentis illis pretiosissimis emeret puellam amatam, et sic nostrum locum quilibet interpretaretur, nisi et aliunde haec fabula esset cognita. Videtur igitur tum, cum e Thessalia hic mythus Pylum in Triphyliam est translatus, heros in duas personas discessisse, quemadmodum ex uno *Atrida* olim duo sunt facti, quorum alter ad alterius uxorem recuperandam bellum longinquum suscepit, unus autem *Aiax* vel in tres heroës abiit (cf. Ν 198). Quae si recte habet suspicio, μελάμπουσ primitus non proprium nomen fuit, sed Biantis vatis epitheton, idem significans quod ἀνιπτόπουσ, quo cognomine Π 235 designantur Iovis Dodonaei antistites fatidici. De *Hercule* autem quae narrantur, plurima habent

ἐξελάειν· χαλεπὴ δὲ θεοῦ κατὰ μοῖρ' ἐπέδησε
δεσμοί τ' ἀργαλέοι καὶ βουκόλοι ἀγροιῶται.
ἀλλ' ὅτε δὴ μῆνέσ τε καὶ ἡμέραι ἐξετελεῦντο 294sq. = ξ 293sq. 294 cf. h. Ap. 349
ἂψ περιτελλομένου ϝέτεοσ καὶ ἐπήλυθον ὧραι, 295 = h. Ap. 350 295ª cf. Β 551ᵇ
καὶ τότε δή μιν ἔλυσε βίη Ϝιφικλεεείη 295ᵇ = β 107
θέσφατα πάντ' εἰπόντα· Διὸσ δ' ἐτελείετο βουλή. 297ᵇ = Α 5
„*καὶ Λήδην ἔϝιδον, τὴν Τυνδαρέου παράκοιτιν,*
ἥ ῥ' ὑπὸ Τυνδαρέωι κρατερόφρονε 'γείνατο παῖδε,
Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα, 300 = Γ 237
τοὺσ ἄμφω ζωιοὺσ κατέχει φυσίζοοσ αἶα. 301 cf. Ι 243

---

294. *ἐξετελεῦντο*] *-*λεσθεν* (item ξ 293)? Fick *ἐκτελέοντο*. Cf. § 191. ‖ 297. *εἰπόντα*] neglecto *ϝ*. ‖ 298. *Τυνδαρέου* G P] -*ω* F (cf. τ 518). ‖ 299. *κρατερόφρονε* G F P] -*νι* M X. ‖ 301—304. Diascenastae tribuuntur in schol. Pind. Nem. X 103. ‖ 301. *ἄμφω ζωιοὺσ*] *ἀμφιζώουσ* Nitzsch.

---

his similia, et Neleum ultus esse — fortasse occidisse — Hercules dicitur; cf. Λ 689—695.

292. ἐξελάειν] § 191.

292 sq. Voces μοῖρα, δεσμοί, βουκόλοι efficiunt ἓν διὰ τριῶν: in fatis fuit ut a pastoribus in vincula coniceretur. Cf. Π 849 sq. et de singulari numero ἐπέδησε Α 255.

294. ἐξετελεῦντο] § 7 et 191.

295. *Cum revolvebatur anni orbis et ver rediit.* Cf. κ 469.

296 sq. Iphiclum quid movisset ut Melampodem post annum e vinculis solveret et armenta, quae petitum iverat, ei donaret, posteri fuse narrarunt, sive aliam famam secuti, sive eam ipsam quam poeta noster in mente quidem habuit sed non indicavit.

296. Ϝιφικλεεείη] § 73.

301—304. Cf. Γ 237—244, ubi Castor et Pollux *mortui* esse dicuntur; alia igitur Iliadis, alia Odysseae poeta de iis cecinit, ut de Vulcani uxore (cf. Σ 382). Fabulae inter se repugnantes, quarum altera *Tyndaridas* mortuos et sepultos ferebat, altera *Iovis filios* in caelo viventes et vigentes, a poeta Cypriorum, Pindaro, aliis sic in unum utcumque sunt concinnatae, ut *Castor* mortalis *Tyndarei* filius, *Pollux* autem *Iovis* filius immortalis diceretur; his amore vere fraterno inter se amantibus concessum esse ut alternis vicibus ambo viverent et fato fungerentur. Quae fabula conferri potest cum ea quae est de Cereris filia modo apud inferos modo apud superos degenti. Quamquam haec ratione interna non caret, quoniam ita celebrata est terrae matris vis vegeta et frumentum per partem anni sub solo latitans. Ceterum cf. ε 333—335. — *Sub terra* autem *vivere* Tyndaridae nunc dicuntur, quia Therapnae vel Spartae eorum — certe Castoris — *sepulcrum* erat, prisci cultus avorum monumentum. Non quo et *hominum* mortuorum animas sub terra degere Odysseae poeta putaverit, ut Iliadis (cf. Ο 188); in ultimo enim occidente his sedes assignavit, qua de re conferantur quae ad κ 513—530 sunt annotata.

301. φυσίζοοσ αἶα] cf. Γ 243.

οἳ καὶ νέρθεν γῆσ τιμὴν πρὸσ Ζηνὸσ ἔχοντεσ
ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε 303 cf. Σ 472
τεθνᾶσιν· τιμὴν δὲ λελόγχασ' ἶσα θεοῖσι.
305 „τὴν δὲ μετ' Ἰφιμέδειαν Ἀλωῆοσ παράκοιτιν
εἴσϝιδον, ἣ δὴ ἔφασκε Ποσειδάωνι μιγῆναι·
καί ῥ' ἔτεκεν δύο παῖδε, — μινυνθαδίω δ' ἐγενέσθην, —
Ὦτόν τ' ἀντίθεον τηλεκλειτόν τ' Ἐπιάλτην.
τοὺσ δὴ μηκίστουσ 'θρέψε ζείδωροσ ἄρουρα
310 καὶ πολὺ καλλίστουσ, μετά γε κλυτὸν Ὀαρίωνα.
313 οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλεέτην ἐν Ὀλύμπωι
314 φυλόπιδα στήσειν πολυάϊκοσ πολέμοιο,
317 καί νύ κεν ἐξετέλεσσαν, εἰ ἥβησ μέτρον ἵκοντο· 317[b] cf. Α 225
ἀλλ' ὄλεσεν Διὸσ υἱόσ, ὃν ἠΰκομοσ 'τέκε Λητώ, 318[b] = Τ 413
ἀμφοτέρω, πρίν σφωϊν ὑπὸ κροτάφοισι ϝιϝούλουσ

311 ἐννέωροι γὰρ τοί γε καὶ ἐννεαπήχεεσ ἦσαν
εὖροσ, ἀτὰρ μῆκόσ γε 'γενέσθην ἐννορόγυιοι.
315 Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπωι 'μέμασαν θέμεν', αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσηι
Πήλιον ἐνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸσ ἀμβατὸσ εἴη.

302. *πρὸσ* G] *παρὰ* (i. e. *πὰρ*) F P H. ‖ 304. *λελόγχασ'(ι)* Eust. 1687, 16] *λελόγχᾰσιν* Ω. Cf. § 116 et η 114. — *ἶσα*] neglecto ϝ. Non est scribendum *-χασι ϝῖσα*, nam cum recentioris Iadis termino *-ᾰσι* non congruit priscus sonus ϝ. ‖ 305. *Ἰφιμέδειαν*] neglecto ϝ, *Ἀμφιμέδειαν* H[2] K. ‖ 308. *Ἐπιάλτην* G[1] H[2]] *Ἐφ.* Ω (cf. Ε 385). ‖ 310. *Ὀαρίωνα*] *Ὠρ.* Ω (cf. Σ 486). ‖ 311 sq. Priorem delevimus, alterum om. H[1]. Cf. comment. ‖ 312. *ἐννορόγυιοι* Bentley] *ἐννεόργυιοι*. Cf. Sapph. fr. 98 Pind. Pyth. IV 228 Ar. Av. 1131. ‖ 315 sq. Ar. —

302. γῆσ] § 58.

305—320. *Oti* et *Ephialtis*, ingentis roboris iuvenum, mentio fit etiam Ε 385 sq., ubi Belli deum vi superasse dicuntur. *Aloëi* illic vocantur filii, quemadmodum *Menesthius* Bori filius est dictus, non Sperchei fluvii (Π 177), *Hercules* Amphitryonis, non Iovis filius vocatur Ε 392 λ 270, *Helena* Tyndarei, non Iovis audit filia Γ 140, *Eurytus* et *Cteatus* non Neptuni sed Actoris filii dicuntur Λ 750 Ν 185 (cf. Ν 207).

311 sq. His versibus postmodo adiectis e viris ingentis staturae facta sunt monstra molis incredibilis, cuiusmodi fuit Tityus ille, qui commemoratur vs. 577), non terrestris mulieris proles. Imitatorem autem arguit vox prisca et obscura ἐννέωροσ ad *aetatem* relata (= *novennes*? cf Σ 351), et inepte vs. 312 *latitudo* illorum gigantum indicatur.

313. ἀπειλεέτην] § 191.

315 sq. In spuriis his versibus gigantes dicuntur *Olympo* alios montes impositūri fuisse, ut ad deos fieret aditus. Quos versus qui fecit, in *caelo*, non in Olympo monte, deos collocabat; at cf. vs. 313. Imitatur Verg. Georg. I 281 sq.

316. ἐνοσίφυλλον] § 21.

ἀνθῆσαι πυκάσαι τε γένυσ ἐϋανθέϊ λάχνηι.
„Φαίδρην τε Πρόκριν τ' ἔϝιδον καλήν τ' Ἀριάδνην,
κούρην Μίνωοσ ὀλοόφρονοσ, ἥν ποτε Θησεὺσ
ἐκ Κρήτησ εἰσ γουνὸν Ἀθηνάων ἱεράων
ἦγε μέν, οὐδ' ἀπόνητο· πάροσ δέ μιν Ἄρτεμισ ἔκτα 324 cf. ρ 293
Δίηι ἐν ἀμφιρύτηι Διονύσου μαρτυρίηισι.
„Μαῖράν τε Κλυμένην τ' ἔϝιδον στυγερήν τ' Ἐριφύλην,
ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸσ ἐδέξατο τιμήεντα.
πάσασ δ' οὐ κεν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω, 328ᵇ = B 488
ὅσσασ ἡρώων ἀλόχουσ ϝίδον ἠδὲ θύγατρασ·
πρὶν γάρ κεν καὶ νὺξ φθῖτ' ἄμβροτοσ. ἀλλὰ καὶ ὥρη
εὑδέμεν' ἢ ἐπὶ νῆα θοὴν ἐλθόντασ ἑταίρουσ
ἢ αὐτοῦ· πομπὴ δὲ θεοῖσ' ὕμίν τε μελήσει."

320. γένυσ] sic Ar., γένυν F[1]. ‖ 324. ἔκτα] ἔσχε Aristoph. P M. ‖ 325. Damn. Nitzsch (cum vs. 321—324). Cf. comment. ‖ 326. στυγερήν] καλήν G[1] (cf. vs. 321). ‖ 331. ἐλθόντασ] -ντ' ἐσ H[2] T K.

320. ἀνθῆσαι] recentius pro ἐπανηνοθεῖν (B 219 al., cf. § 135[1]). Redit h. Ap. 139 XXXIII 8.

324 sq. Ariadne, quae non iam dea, ut olim (cf. Σ 591 sq.), sed regis mortalis filia mortalis et ipsa fuisse creditur, cum *Creta* a *Theseo* domum abduceretur uxor, sive eam *rapuit* iuvenis, — nam poeta hac de re tacet, — sive a patre Minoë more solito *emit* (cf. θ 318 sq.), quod indicare videtur locutio οὐδ' ἀπόνητο (cf. Λ 243 ρ 293), in itinere *Diae* subita morte (cf. γ 280) est absumta. Sed versus 325, quem in suspicionem adducit nominis Διωνύσου syllaba antepaenultima correpta (ut h. VI 56 XVIII 46 XXV 1, 11; -ω- est Z 132, 135 Ξ 325 ω 74 h. VI 1 XXXIII 20), quo spectet nescimus. Dia autem insula ubi sita erat? *Naxum* intellexerunt posteri, sive iure sive iniuria (cf. Steph. Byz. s. v.) Quid vero sibi vult *testimonium* illud Dionysi vel *crimen* ab eo prolatum? Sacellum Dionysi Theseus et Ariadne in Dia insula videntur violasse inscii, illic congressi, ut Paris et Helena in insula Κρανάηι (Γ 445). Similia habent fabulae quae sunt de Atalanta, Auga, Comaetho, aliis; neque obstat huic explicationi vox μαρτυρίηισι, nam etiam Hesiodus Op. 282 hac voce eum cuius causa agitur indicavit, non testem. Quicquid id est, poetae auditoribus cognita fuit fabula quae paucis verbis nunc indicatur; cf. A 307, de Dionyso autem Z 130—140. Posteri vero narrarunt Ariadnen a Theseo Naxi derelictam Dionyso illic nupsisse.

328. οὐ κεν] § 326.

330. φθῖτ'(ο)] cf. κ 51 et § 120.

330—332. *Sodalibus* (= convivis) *tempus est cubitum eundi sive in navem* (dicit quinquaginta duos illos iuvenes, cf. θ 35 et 48) *sive hic* (in ipsa urbe) *petitis domibus* (cf. ν 17 et θ 59 sq.).

331. εὑδέμεν'(αι)] § 125.

ὣσ ἔφαθ'· οἳ δ' ἄρα πάντεσ ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῆι, 333 sq. = ν 1 sq.; 333 = Γ 95
κηληθμῶι δ' ἔσχοντο κατὰ μέγαρα σκιόεντα.
τοῖσιν δ' Ἀρήτη λευκώλενοσ ἤρχετο μύθων· 335 = η 233
„Φαίηκεσ, πῶσ ὔμιν ἀνὴρ ὅδε φαίνεται εἶναι
ϝεῖδόσ τε μέγεθόσ τε ἰδὲ φρένασ ἔνδον ἐϝίσασ; 337 = σ 249; 337a = Β 58
ξεῖνοσ δ' αὖτ' ἐμόσ ἐστι· ϝέκαστοσ δ' ἔμμορε τιμῆσ. 337b = ξ 178; 338b = Ο 189
τῶι μὴ ἐπειγόμενοι ἀποπέμπετε, μηδὲ τὰ δῶρα
οὕτω χρηΐζοντι κολούετε· πολλὰ γὰρ ὔμιν
κτήματ' ἐνὶ μεγάροισι θεῶν ϝιότητι κέονται."
342 τοῖσι δὲ καὶ μετέϝειπε γέρων ἥρωσ Ἐχένηοσ· 342 cf. η 155
344 „ὦ φίλοι, οὐ μὰν ἥμιν ἀπὸ σκοποῦ οὐδ' ἀπὸ δόξησ 344b = Κ 324
μυθέεται βασίλεια περίφρων· ἀλλὰ πίθεσθε.
Ἀλκινόου δ' ἐκ τοῦδ' ἔχεται ϝέργον τε ϝέποσ τε."
τὸν δ' αὖτ' Ἀλκίνοοσ ἀπαμείβετο ϝφώνησέν τε·
„τοῦτο μὲν οὕτω δὴ ϝέποσ ἔσσεται, αἴ κεν ἐγώ γε
ζωιὸσ Φαιήκεσσι φιληρέτμοισι ϝανάσσω.
ξεῖνοσ δὲ τλήτω, μάλα περ νόστοιο χατίζων, 350b cf. θ 158
ἔμπησ οὖν ἐπιμεῖναι ἐσ αὔριον, εἰσ ὅ κε πᾶσαν
δωτίνην τελέσω. πομπὴ δ' ἄνδρεσσι μελήσει 352b cf. Ζ 492 α 358
πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί· τοῦ γὰρ κράτοσ ἔστ' ἐνὶ δήμωι." 353 cf. α 359; 353a = Ζ 493
τὸν δ' ἀπαμειβόμενοσ προσέφη πολύμητισ Ὀδυσσεύσ· 354 sq. = ι 1 sq.

---

343 ὃσ δὴ Φαιήκων ἀνδρῶν προγενέστατοσ ἦεν. 343 = η 156

---

343. Om. P H M, habent G F alii, in U et alter versus additur: *καὶ μύθοισ ἐκέκαστο παλαιά τε πολλά τε εἰδώσ* (= η 157). — *προγενέστατοσ*] cf. η 156. || 348. (ϝ)*έποσ ἔσσεται* F] *ἔσται ἔποσ* G M X, *ἔστω ἔποσ* P, *ἔσται γέρον* H. || 353. *δήμωι*] *οἴκωι* G P n (ut α 359).

---

336. ὔμιν] § 92.

338. *Praeterea est hospes meus, quilibet autem hospes honore dignus est.* Etiamsi parum fortis parumve nobilis hic vir videretur, honore esset afficiendus, nam hospitem eum recepi, hospites autem tuetur Iuppiter (cf. Ω 570); at qualis est vir! — Ad ϝέκαστοσ mente repetendum est ξεῖνοσ.

339—341. *Cavendum enim ne tam subito* (cf E 902) *nunc abire eum sinatis, iis tantum donis ornatum quae iam accepit; nam sortis inclementia effecit ut tam pauper evaserit quam scitis, vos autem opibus abundatis.* Cf. θ 389—448 et ν 10—15.

340. ὔμιν] § 92.

341. κέονται] § 169.

344. ἥμιν] § 92.

— ἀπὸ δόξησ] cf. A 562.

345. μυθέεται] § 191.

346. ἐκ τοῦδ'(ε)] *e reginae auctoritate.* Nihil iniussu uxoris Alcinous dicere aut facere solebat; cf. η 67—74 et de verbo ἔχεσθαι I 102.

351. ἔμπησ οὖν] *tamen* (i. e. licet domum festinet) *igitur* (i. e. propterea quod recte admonuit regina).

„Ἀλκίνοε κρεῖον, πάντων ἀριδείκετε λαῶν,
εἴ με καὶ εἰσ ἐνιαυτὸν ἀνώγοιτ' αὐτόθι μίμνειν
πομπήν τ' ἀρτύνοιτε καὶ ἀγλαὰ δῶρα διδοῖτε,
καί κε τὸ βουλοίμην, καί κεν πολὺ κέρδιον εἴη 358 = υ 316 cf. 358ᵇ cf. *H* 28 [*Γ* 41
πλειοτέρηι σὺν χειρὶ φίλην εἰσ πατρίδ' ἱκέσθαι·
καί κ' αἰδοιότεροσ καὶ φίλτεροσ ἀνδράσιν εἴην
πᾶσιν, ὅσοι μ' Ἰθάκηνδε ϝιδοίατο νοστήσαντα." 361ᵇ = α 163
τὸν δ' αὖτ' Ἀλκίνοοσ ἀπαμείβετο ʼφώνησέν τε·
„ὦ Ὀδυσεῦ, τὸ μὲν οὔ σε ʼϝεϝίσκομεν εἰσοράοντεσ,
ἠπεροπῆ' ἔμεναι καὶ ἐπίκλοπον, οἷά τε πολλοὺσ
βόσκει γαῖα μέλαινα πολυσπερέασ ἀνθρώπουσ
ψεύδεά τ' ἀρτύνοντασ, ὅθεν κέ τισ οὐδὲ ϝίδοιτο.
σοὶ δ' ἔπι μὲν μορφὴ ϝεπέων, ἔνι δὲ φρένεσ ἐσθλαί,
μῦθον δ' ὡσ ὅτ' ἀοιδὸσ ἐπισταμένωσ κατέλεξασ,
πάντων Ἀργείων σέο τ' αὐτοῦ κήδεα λυγρά.
ἀλλ' ἄγε μοι τόδε ϝειπὲ καὶ ἀτρεκέωσ κατάλεξον, 370 = *K* 384

357. *πομπήν τ' ἀρτύνοιτε* vHerwerden] *-πήν τ' ὀτρύνοιτε Ω, -πὴ δ' ὀτρύνοιτο* l. a.; cf. vs. 366. ‖ 359. *πλειοτέρηι σὺν χειρὶ*] sic Ar., *-ρῃσιν* (*-ρῃσ σὺν*? Ludwich) *χερσὶ* Aristoph. (cf. *A* 585). ‖ 363. *σε* Bentley] *τί σ'*. ‖ 364. **ἠπεροπῆ' ἔμεναι*] *-πῆᵅ τ' ἔμεναι* n, *-πῆα τ' ἔμεν Ω* (cf. § 126). — *πολλοὺσ*] sic Ar., Zen. *πολλὰ* (*-οὺσ* cod.; corr. Duentzer). ‖ 366. *οὐδὲ ϝίδοιτο*] *οὐδ' ὄϊοιτο* vHerwerden. ‖ 369. In T post hunc repetitur versus 353.

355—361. Iocans Ulixes et ea usus hyperbole quam serio accipere nemo posset, *vel per integrum annum* — ait — *si dona splendida conferre velitis quae domum absportem, per me licet; tanto enim beatior hinc discedam, mox meis eo optatior rediturus!* Verba πομπὴν ἀρτύνειν καὶ δῶρα διδόμεναι efficiunt hendiadyn, similis autem hyperbole est ξ 196 sq. — Ut nunc, sic et ξ 503—506 Ulixes urbane iocatur, mendici partes illic agens.

360. αἰδοιότεροσ] *magis honoratus*. Cf. Λ 649 al.

363—370. Ad iocum ioco respondet Alcinous, non veritus ne in malam partem accipiantur quae dicat, quoniam veram mentem tum ostendit cum apertis verbis prolocutus est se filiam suam gratis et vel magnis opibus additis Ulixi libenter in matrimonium daturum (η 311—315). Itaque *o Ulixes,* — subridens inquit, — *id nunquam putaveramus, viro tam prudenti tam diserto indolem esse adeo rapacem!* Dein: *sed missis his nugis* — addit — *pergas precor in itinere tuo enarrando.*

363. εἰσοράοντεσ] § 191.

365. πολυσπερέασ] cf. Β 804.

367. μορφὴ ϝεπέων] *verborum species* sive *dictio facunda*. Cf. θ 170.

368. Similes laudes sunt ρ 518—521. Lepide autem poeta huiuscemodi verbis suam ipsius artem tecte laudat (cf. θ 499).

— ὡσ ὅτ'(ε)] cf. Β 394.

— ἐπισταμένωσ] *secundum legem artis*; cf. Hes. Op. 106 sq.: λόγον ἐκκορυφώσω | εὖ καὶ ἐπισταμένωσ.

εἴ τινασ ἀντιθέων ἑτάρων ʼϝίδεσ, οἵ τοι ἅμ' αὐτῶι
Ϝίλιον εἶσ εἵποντο καὶ αὐτόθι πότμον ἐπέσπον. 372[a] cf. Ν 717
νὺξ δ' ἥδε μάλα μακρὴ ἀθέσφατοσ, οὐδέ πω ὥρη
εὑδέμεν' ἐν μεγάρωι· σὺ δέ μοι λέγε θέσκελα ϝέργα.
καί κεν ἐσ ʼΗόα δῖαν ἀνασχοίμην, ὅτε μοι σὺ
τλαίησ ἐν μεγάρωι τεὰ κήδεα μυθήσασθαι."
τὸν δ' ἀπαμειβόμενοσ προσέφη πολύμητισ ʼΟδυσσεύσ· 377 sq. = ι 1 sq.
„Ἀλκίνοε κρεῖον, πάντων ἀριδείκετε λαῶν,
ὥρη μὲν πολέων μύθων, ὥρη δὲ καὶ ὕπνου.
εἰ δ' ἔτ' ἀκουέμεναί γε λιλαίεαι, οὔ κεν ἔπειτα
τούτων σοι φθονέοιμι καὶ οἰκτρότερ' ἄλλ' ἀγορεύειν,
κήδε' ἐμῶν ἑτάρων, οἳ δὴ μετόπισθεν ὄλοντο· 382[b] cf. 629
οἳ Τρώων μὲν ὑπεξέφυγον στονόεσσαν ἀϋτήν,
ἐν νόστωι δ' ἀπόλοντο κακῆσ ϝιότητι γυναικόσ.
„αὐτὰρ ἐπεὶ ψυχὰσ μὲν ἀπεσκέδασ' ἄλλυδισ ἄλλην
ἁγνὴ Περσεφόνεια γυναικῶν θηλυτεράων,
ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Ἀγαμέμνονοσ Ἀτρεΐδαο 387 cf. ω 20, 387[a] = Ψ 65
ἀχνυμένη· περὶ δ' ἄλλαι ἀγηγέραθ', ὅσσοι ἅμ' αὐτῶι 388 sq. = ω 21 sq.
ϝοίκωι ʼν Αἰγίσθοιο ʼθάνον καὶ πότμον ἐπέσπον. 389[b] cf. Η 52 δ 562

372. εἵποντο Bothe] ἅμ' ἕποντο. Cf. Ψ 709. || 374. μεγάρωι F P] -ροισ G X (cf. Β 137). || 376. τεὰ] cf. Α 185. || 380. ἔπειτα G X] ἔγωγε F P. || 385. ἄλλην Aristoph. F^2] -ηι Ar. Ω (cf. ι 369). || 386. ἁγνὴ] αἰνὴ G T k n et l. a. apud Eust.; cf. h. Cer. 338 (203, 440). || 388. ἄλλαι] -οι G. — ὅσσοι G] -αι Ω. Non ψυχαί sed αὐτοί sunt necati. Cf. ω 21. — ἅμ' αὐτῶι] ἄριστοι G.

372. αὐτόθι] § 322.

373 sq. *Nondum lubet mihi cubitum ire.* — Lectus domini et dominae *in megaro* (i. e. ἐν μυχῶι μεγάροιο) fuisse disertis verbis nunc dicitur. Cf. ι 663 et α 330—332. Quod autem noctes praelongas esse rex ait, cf. ε 467 sq.

374. εὑδέμεν'(αι)] § 125.

375. ʼΗόα] § 77.

379—382. Imitatur Verg. Aen. II 8 sqq.

380. οὔ κεν] § 326.

384. κακῆσ] non = δυσγενοῦσ, ut olim, sed *improbae, scelestae.* — γυναικόσ] *Clytaemestrae*, de cuius culpa cf. γ 309 sq.

385 sq. Cf. vs. 226.

386. γυναικῶν θηλυτεράων] cum vocum synonymarum hac iunctura, quae Θ 520 λ 434 ο 422 ψ 166 ω 202 h. Cer. 119, 167, 222 redit, cf. θνητοί βροτοί et similia, Χ 203. De termino -τεροσ cf. § 88.

388. ἄλλαι . . . ὅσσοι] non constructio ad sensum haec est (ut Ε 638 al.), sed mente supplendum est ἄλλαι <ψυχαί, πάντων> ὅσσοι κτέ.

389. *In aedibus Aegisthi* Agamemnonem caesum esse poeta, ut hoc loco, sic et ω 22 ait, non in sua ipsius regia, ut Aeschylus. Cf. γ 272 δ 517—537 λ 410.

ἔγνω δ' αἶψ' ἐμὲ κεῖνοσ, ἐπεὶ 'πίεν αἷμα κελαινόν,
'κλαῖε δ' ὅ γε λιγέωσ, θαλερὸν κατὰ δάκρυον εἴβων,
πιτνὰσ εἰσ ἐμὲ χεῖρασ ὀρέξασθαι μενεαίνων·
ἀλλ' οὐ γάρ ϝ' ἔτ' ἔεν ϝὶσ ἔμπεδοσ οὐδ' ἔτι κῖκυσ,
οἵη περ πάροσ ἦσκεν ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι.
τὸν μὲν ἐγὼ 'δάκρυσα ϝιδὼν ἐλέησά τε θυμῶι,
καί μιν φωνήσασ ϝέπεα πτερόεντα προσηύδων·
,Ἀτρεΐδη κύδιστε, ϝάναξ ἀνδρῶν Ἀγάμεμνον,
τίσ νύ σε κὴρ ἐδάμασσε τανηλεγέοσ θανάτοιο;
ἠέ σέ γ' ἐν νήεσσι Ποσειδάων ἐδάμασσε
ὄρσασ ἀργαλέων ἀνέμων ἀμέγαρτον ἀϋτμήν;
ἠέ σ' ἀνάρσιοι ἄνδρεσ ἐδηλήσαντ' ἐπὶ χέρσου
βοῦσ περιταμνόμενον ἠδ' οἰῶν πώεα καλά,
ἠὲ μαχειόμενοι πτόλιοσ πέρι ἠδὲ γυναικῶν;'
„ὣσ ἐφάμην, ὁ δέ μ' αὐτίκ' ἀμειβόμενοσ προσέϝειπε·
,διογενὲσ Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
οὔτ' ἐμέ γ' ἐν νήεσσι Ποσειδάων ἐδάμασσε
οὔτε μ' ἀνάρσιοι ἄνδρεσ ἐδηλήσαντ' ἐπὶ χέρσου,
ἀλλά μοι Αἴγισθοσ τεύξασ θάνατόν τε μόρον τε
ἔκτα σὺν οὐλομένηι ἀλόχωι, ϝοῖκόνδε καλέσσασ,
δειπνίσσας, ὥσ τίσ τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνηι.
ὣσ 'θάνον οἰκτίστωι θανάτωι· περὶ δ' ἄλλοι ἑταῖροι

390a = 615
390b = 98
391 cf. κ 201
391b cf. Ω 9
393b sq. cf. h. Ven. 238 sq.
394 cf. Δ 669
395 sq. = 55 sq.
397 = Β 434
398 = 171
398a = Θ 70
399-402 cf. ω 109
399 cf. 406 [sqq.
400 cf. Ξ 254
401 cf. κ 459 λ 408
402 cf. Σ 528
402b cf. μ 129
403 = ω 113 cf. Σ 265
404 = δ 471
406 cf. 399
408 cf. κ 459 λ 402
410 cf. ω 97
411 = δ 535

390. (')πίεν αἷμα κελαινόν F P M] ἴδεν ὀφθαλμοῖσι G X D schol. (cf. ψ 92). || 393. *ϝ' ἔτ' ἔεν] οἱ ἔτ' ἦν. Cf. § 13 et 302. || 399—403. Aristoph. — || 400. ἀργαλέων] λευγαλεων Aristoph. || 403. *μαχειόμενοι πτόλιοσ πέρι] περὶ πτόλιοσ μαχούμενοι W, π. π. μαχεο(ύ)μενον Ω. Cf. ρ 471 ω 113 et § 291. || 406. Post hunc in K additur versus (407) ὄρσασ — ἀυτμην (= 400).

390. Lectionis varietas testatur eos qui hanc carminis partem declamarunt et legerunt dubitasse qui fuisset sanguinis ab animis hausti effectus. Cf. vs. 96.

402. περιταμνόμενον] *intercludentem* (cum bello Troiano finito in patriam rediisses), *ut praedam abigeres*. Cf. Σ 528 et (qui versus in scholiis laudatur) ι 46.

403. *Vel urbem uxoresque suas defendentes*. Cf. Ι 327 Σ 265.

410. σὺν οὐλομένηι ἀλόχωι] cf. vs. 422 et γ 309 sq., et de participii οὐλομένηι prima syllaba § 21.

411. δειπνίσσασ] Agamemnon igitur non prius sensit Clytaemestram in Aegisthi aedibus degere quam conatus (cf. κρητήρ vs. 419) a sicariis cum suis est occupatus. Aegisthi autem scelus etiam gravius eo est factum quod viro quem occisurus esset prius ξεινήϊα παρέθηκε. Hospitem necare, id ultimae erat impietatis (cf. Φ 76).

νωλεμέωσ 'κτείνοντο, σύεσ ὣσ ἀργιόδοντεσ
ϝοίκωι ἐν ἀφνειῶι ἀνδρὸσ μέγα δυναμένοιο
ἢ γάμωι ἢ ἐράνωι ἤ' εἰλαπίνηι τεθαλυίηι.
ἤδη μὲν πολέων ἀνδρῶν φόνωι ἀντεβόλησασ 416 cf. ω 87
μουνὰξ κτεινομένων καὶ ἐνὶ κρατερῆι ὑσμίνηι,
ἀλλά κε κεῖνα μάλιστα ϝιδὼν ὀλοφύραο θυμῶι, 418 cf. ω 90
ὡσ ἀμφὶ κρητῆρα τραπέζασ τε πληθούσασ
'κείμεθ' ἐνὶ μεγάρωι, δάπεδον δ' ἅπαν αἵματ' ἔθυε. 420ᵇ = χ309ω185
οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ϝόπα Πριάμοιο θυγατρὸσ
Κασσάνδρησ, τὴν 'κτεῖνε Κλυταιμήστρη δολόμητισ
ἀμφ' ἐμοί· αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ γαίηι χεῖρασ ἀείρων
'βάλλον ἀποθνήισκων περὶ φασγάνωι, ἡ δὲ κυνῶπισ
'νοσφίσατ' οὐδέ μοι ἔτλη ἰόντι περ εἰσ Ἀϝίδαο
χερσὶ κατ' ὀφθαλμοὺσ ἑλέμεν σύν τε στόμ' ἐρεῖσαι.
ὣσ οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικόσ,
ἥ τισ δὴ τοιαῦτα μετὰ φρεσὶ ϝέργα βάληται,
οἷον δὴ καὶ κείνη ἐμήσατο ϝέργον ἀϝεικέσ, 429 sq.ᵃ cf. ω 199 [sq.
κουριδίωι τεύξασα φόνον πόσι'. ἦ τοι ἔφην γε 429ᵇ cf. Χ 395
ἀσπάσιοσ παίδεσσιν ἰδὲ δμώεσσιν ἐμοῖσι
ϝοίκαδ' ἐλεύσεσθαι· ἡ δ' ἔξοχα λυγρὰ ϝιδυῖα
ϝοί τε κατ' αἶσχοσ ἔχευε καὶ ἐσσομένηισιν ὀπίσσω

---

413. *νωλεμέωσ*] *νηλεέωσ* vHerwerden. || 414. **ϝοίκωι ἐν ἀφνειῶι*] *οἵ ῥά τ' ἐν ἀφνειοῦ* (i. e. *ἀφνειοῖ'*, § 59). Cf. vs. 389 et α 232 al. || 416. *ἀνδρῶν φόνωι* F² M] *φόνωι ἀνδρῶν* G F¹ P. — *ἀντεβόλησασ* Ar. G] *-σα* F P (cf. ω 87). || 420. *(ἔ)θυε(ν)* F P] *θυῖεν* G (cf. § 287[10]). || 422 et 439. *Κλυταιμήστρη*] *-μνήστρη* Ω (cf. Α 113). || 423. *γαίηι*] *κείνηι* Nitzsch, an **γαίηι χεῖρασ ἐρείδων | παλλόμενοσ 'θνήισκον* (coll. Χ 432 et 461)? || 428. Olim in multis libris deerat; sed eo omisso totum genus muliebre petitur crimine ut apud iambographos et comicos (Ar. Lys. 253, 369 Thesm. 531 sq. al.) decantato, sic hinc et omnino a poesi epica alieno. || 430. *φόνον πόσι'(ι)*] sic (*πόσει*) W q, *πόσει φόνον* Ω. Cf. § 74.

---

414. δυναμένοιο] § 21.

415. Cf. α 226.

417. *Qui sive singuli* (cf. θ 371) *sive in acie interficerentur.*

420. αἵματ'(ι)] § 13.

422. Κασσάνδρησ] haec virgo cum inter Priami filias esset una omnium longe pulcherrima (cf. Ν 366 Ω 699), urbe capta Agamemnoni cessit γέρασ eximium.

423. ἀμφ' ἐμοί] *corpus meum amplexam.*

423ᵇ sq. Verba corrupta (cf. nota crit.); περὶ φασγάνωι id valet quod φασγάνωι πεπαρμένοσ (cf. μ 395).

426. κατ' ὀφθαλμοὺσ ἑλέμεν] cf. Λ 453 et de infinitivi forma § 126.

428. τοιαῦτα . . . ϝέργα] *amorem illicitum.*

432. λυγρὰ ϝιδυῖα] § 160.

θηλυτέρῃσι γυναιξί, καὶ ἥ κ' ἐϋϝεργὸσ ἔῃσι.' 434 = ο 422 ω 202
„ὣσ ἔφατ', αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενοσ προσέϝειπον·
‚ὢ πόποι, ἦ μάλα δὴ γόνον Ἀτρέοσ εὐρύϝοπα Ζεὺσ
ἐκπάγλωσ ἤχθηρε γυναικείασ διὰ βουλὰσ 437ᵃ = 560
ἐξ ἀρχῆσ· Ἑλένησ μὲν ἀπωλόμεθ' εἵνεκα πολλοί,
σοὶ δὲ Κλυταιμήστρη δόλον ἤρτυε τηλόθ' ἐόντι.'
„ὣσ ἐφάμην, ὃ δέ μ' αὐτίκ' ἀμειβόμενοσ προσέϝειπε· 440 = δ 471
‚τῶι νῦν μή ποτε καὶ σὺ γυναικί περ ἤπιοσ εἶναι·
μή ϝοι μῦθον ἅπαντα πιφαυσκέμεν' ὅν κ' ἐῢ ϝείδῃισ,
ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ καὶ κεκρυμμένον εἶναι.
ἀλλ' οὐ σοί γ', Ὀδυσεῦ, φόνοσ ἔσσεται ἔκ γε γυναικόσ·
λίην γὰρ πινυτή τε καὶ ἐν φρεσὶ μήδεα ϝοῖδε
κούρη Ϝικαρίοιο, περίφρων Πηνελόπεια. 446 = α 329
ἦ μέν μιν νύμφην γε νέην κατελείπομεν ἥμεσ
ἐρχόμενοι πόλεμόνδε, πάϊσ δέ ϝοι ἦν ἐπὶ μαζῶι
νήπιοσ, ὅσ ποθι νῦν γε μετ' ἀνδρῶν ἵζει ἀριθμῶι,
ὄλβιοσ· ἦ γὰρ τόν γε πατὴρ φίλοσ ὄψεται ἐλθών,
καὶ κεῖνοσ πατέρα προσπτύξεται, ἥ θέμισ ἐστί.
ἥ δ' ἐμὴ οὐδέ περ υἷοσ ἐνιπλησθήμεν' ἄκοιτισ
ὀφθαλμοῖσιν ἔασε· πάροσ δέ με 'πέφνε καὶ αὐτόν.

---

454 ἄλλο δέ τοι ϝερέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι· 454 = Λ 297
κρύβδην μηδ' ἀναφανδὰ φίλην εἰσ πατρίδα γαῖαν
νῆα κατισχέμεναι, ἐπεὶ οὐκέτι πιστὰ γυναιξί.

---

434. ἥ G P] εἴ F. ‖ 435—443. Aristoph. Ar. —— ‖ 439. δόλον] φόνον P. ‖ 440. αὐτίκ'(α) G] αὔτισ F P (cf. δ 398). ‖ 442. μή Bentley] μηδ' (l. a. μήθ'). ‖ 445. ἐν Nauck] εὐ. ‖ 449. ἵζει G F P] ἵζετ' X. ‖ 454—456. Olim plerique libri omittebant.

---

434. θηλυτέρῃσι γυναιξί] cf. vs. 386.

437 sq. Helenam non vi abreptam esse, sed libentem maritum reliquisse, posthomericae demum aetatis fuit opinio. Nunc vero poeta non *suam* de ea profert opinionem, sed *Ulixem* iniquius de ea iudicantem facit, ut *Achillem* Τ 325 et *procos* de *Penelope* ω 167 sq. Hoc igitur argumentum non valet ad confirmandam opinionem veterum grammaticorum, alias ob causas hos versus damnantium. *Aëropen* autem Atrei uxorem spectari, cuius dolo regnum conciliatum est Thyestae, id non est credibile, licet in scholiis ea opinio proferatur; *Helenae* enim, non Aëropes, mox fit mentio. — Adi. γυναικεῖοσ †.

444. ἀλλ'(ά) κτἑ.] sic Agamemnon se ipse reprehendit: *quamquam quid loquor: non talis est uxor tua Penelope!* Cf. Γ 432—436. Itaque versus 454—456 non videntur genuini. Cf. tamen ad ν 333.

447 sq. Cf. ω 115—119 et de forma ἥμεσ § 92.

449. ποθι] § 322.

452. ἐνιπλησθήμεν'(αι)] § 125.

ἀλλ' ἄγε μοι τόδε ϝειπὲ καὶ ἀτρεκέωσ κατάλεξον, 457 = Κ 384
εἴ ποθ' ἔτι ζώοντοσ ἀκούετε παιδὸσ ἐμοῖο, 458 cf. Ω 490
ἤ ποθ' ἐν Ὀρχομενῶι ἤ' ἐν Πύλωι ἠμαθόεντι 458ᵃ cf. Τ 327
ἤ ποθι πὰρ Μενελάωι ἐνὶ Σπάρτηι εὐρείηι.
οὐ γάρ πω τέθνηκεν ἐπὶ χθονὶ δῖοσ Ὀρέστησ.' 461 cf. α 196
„ὣσ ἔφατ', αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενοσ προσέϝειπον· 462sq. cf. δ 491sq.
‚Ἀτρεΐδη, τί με ταῦτα διείρεαι; οὐδέ τι ϝοῖδα,
ζώει ὅ γ' ἦ τέθνηκε· κακὸν δ' ἀνεμώλια βάζειν.' 464 = δ 837
„νῶϊ μὲν ὣσ ϝεπέεσσιν ἀμειβομένω στυγεροῖσι 465 = 81
ἕσταμεν ἀχνύμενοι, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέοντεσ. 466 = κ 570
ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Πηληϊάδα' Ἀχιλῆοσ 467ᵃ = Ψ 65; 467ᵇ-470 = ω 15 sqq.
καὶ Πατροκλέεοσ καὶ ἀμύμονοσ Ἀντιλόχοιο
Αἴαντόσ θ', ὃσ ἄριστοσ ἔεν ϝεῖδόσ τε δέμασ τε 469 cf. ϑ 116
τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλεΐωνα. 470 = Β 674
ἔγνω δὲ ψυχή με ποδώκεοσ Αἰακίδαο
καί μ' ὀλοφυρομένη ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα·
‚διογενὲσ Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
σχέτλιε, τίπτ' ἔτι μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ μήσεαι ἔργον; 474 sq.ᵃ cf. h. Ap. 322 sq.
πῶσ ἔτλησ Ἄϝιδόσδε κατελθέμεν', ἔνθα τε νεκροὶ

---

458. ἐμοῖο G P] ἐμεῖο F H (cf. Ξ 118). || 459 sq. In marg. habet F, propter homoearchon omissos. || 461. πω] που Ar. X n Eust. (cf. α 196). — Versum Ar. —— || 472. μ'(ε) P] ῥ' G F. || 474. ἔργον] neglecto ϝ, *τί μεῖζον ἔτι μήσεαι ἐν φρεσὶ ϝέργον? Fick ἄλλο (ut h. Ap. 322), Bentley μήσαο ϝέργον (rem maiorem quam fuit bellum Troianum; cf. Ξ 253 κ 378); sic τίπτε solitam vim recuperat, sed ipsum enuntiatum minus aptum fit.

458—460. ποθ'(ι)] § 322.

459. Ὀρχομενῶι] coll. Β 605—609 apparet *Orchomenum* inter Arcadiae urbes excelluisse et regis Agapenoris habuisse regiam, quemadmodum Pyli fuit regia Nestoris, Spartae regia Menelai. Rogat Agamemnon an Ulixes de Oreste apud reges proxime vicinos aliquid audiverit.

— ἠμαθόεντι] § 21.

461. Immerito vituperabat Ar., ut insulsum et versui 458 repugnantem (scholion versui 458 per errorem est adscriptum). Quod Agamemnon dicit hoc est: nondum ad nos pervenit Orestes, superstitem igitur scio: quin dic an forte de eo inaudiveris aliquid, ubi vivat, quid agat.

467. ἦλθε] singularis ut Α 255. — Nisi vs. 468—471 postmodo sunt inserti.

— Πηληϊάδα'(ο)] § 55.

468. Πατροκλέεοσ] § 73.

469. ἔεν] § 302.

474. Hoc uno loco τίπτε non *cur tandem* valet, ut ceteris, sed: *quodnam,* pronomen ad [ϝ]έργον referendum. *Quid tandem poteris etiam maius moliri* quam id quod nunc molitus es, ut in mortuorum regionem iter faceres.

ἀφραδέεσ ναίουσι, βροτῶν ϝείδωλα καμόντων;‘ 476ᵇ = Ψ 72
„ὣσ ἔφατ’, αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενοσ προσέϝειπον·
‚ὦ Ἀχιλεῦ, Πηλῆοσ υἱέ, μέγα φέρτατ’ Ἀχαιῶν, 478 = Π 21
ἦλθον Τερεσίαο κατὰ χρέοσ, εἴ τινα βουλὴν
ϝείποι, ὅπωσ Ἰθάκην εἰσ παιπαλόεσσαν ἱκοίμην·
οὐ γάρ πω σχεδὸν ἦλθον Ἀχαιίδοσ οὐδέ πω ἁμῆσ 481sq.ᵃ = 166 sq.
γῆσ ἐπέβην, ἀλλ’ αἰὲν ἔχω κακά. σεῖο δ’, Ἀχιλλεῦ,
οὔ τισ ἀνὴρ προπάροιθε μακάρτεροσ οὐδ’ ἄρ’ ὀπίσσω·
πρὶν μὲν γάρ σε ζωὸν ἔτιον ϝῖσα θεοῖσι
Ἀργεῖοι, νῦν αὖτε μέγα κρατέεισ νεκύεσσι
ἐνθάδ’ ἐών. τῶι μή τι θανὼν ἀκαχίζε’, Ἀχιλλεῦ.‘
„ὣσ ἐφάμην, ὃ δέ μ’ αὐτίκ’ ἀμειβόμενοσ προσέϝειπε· 487 = δ 471
‚μὴ δή μοι θάνατόν γε παραύδα, φαίδιμ’ Ὀδυσσεῦ.
βουλοίμην κ’ ἐπάρουροσ ἐὼν θητευέμεν’ ἄλλωι,
ἀνδρὶ πάρ’ ἀκλήρωι, ὧι μὴ βίοτοσ πολὺσ εἴη,
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισι ϝανάσσειν.
ἀλλ’ ἄγε μοι τοῦ παιδὸσ ἀγαυοῦ μῦθον ἐνίσπε,

---

476. ἀφραδέεσ] ἀδρανέεσ l. a. in T. ‖ 478. Om. P, post vs. 479 habet G[1]. — Πηλῆοσ] cf. Α 489. ‖ 479. Τερεσίαο] cf. κ 492. ‖ 483. προπάροιθε] τοπάροιθε P. — μακάρτεροσ F] -τατοσ Ω (cf. η 156 λ 343). — οὐδ’(ἐ)] οὔτ’ Ω. Cf. Χ 265. ‖ 484. ἔτιον ϝῖσα Bentley] ἐτίομεν ἶσα. Verborum ordo similis ι 409 al. ‖ 487. αὐτίκ’(α)] αὔτισ U (cf. δ 398). ‖ 492. ἐνίσπε] -σπεσ G (cf. § 246).

---

476. ἀφραδέεσ] cf. Ψ 104. — καμόντων] cf. Γ 278.

478. υἱέ] § 17.

481. ἁμῆσ] § 95. *Nostrae* i. e. *tuae et meae*, sive *communis Achivorum*. Cf. Ζ 414.

482. γῆσ] § 58.

483. προπάροιθε] cf. Κ 476.

485. νεκύεσσι] *inter manes*. Cf. π 265 et dativus verbo ϝανάσσειν iunctus vs. 491 alibi.

486. ἀκαχίζε’(ο)] § 117.

488. παραύδα] § 195.

489 sq. *Mallem vivus viri pauperis operarius esse.* Qui ipse est ἄκληροσ sive homo inops, agri civibus communis non particeps, nedum proprium ei, ut regibus, sit τέμενοσ (cf. Σ 550), is neque ipse liberaliter vivit neque operariis suis (cf. Φ 444), si quos habet, multum potest praebere. Vox ἐπάρουροσ †, id quod ἐπιχθόνιοσ (Α 266 al.) fere valens, *aethere in alto* Verg. Aen. VI 436. Qua propterea nunc utitur poeta quod molestissimos *arandi fodiendi metendi* labores prae ceteris cogitat. Vox ἄρουρα *terram* significat Δ 174 Σ 104 al., inversa autem ratione γαῖα *superficies soli* dicta est Ν 200 al.

491. νεκύεσσι καταφθιμένοισι] cf. Χ 203.

492—540. *Neoptolemo* in Iliade locus non fuit (cf. Α 250—252, 352 sq. Ω 765), licet in versibus spuriis Τ 326—337 et Ω 467 commemoretur,

ἢ ἕπετ' εἰσ πόλεμον πρόμοσ ἔμμεναι ἠὲ καὶ οὐκί.
ϝειπὲ δέ μοι Πηλῆοσ ἀμύμονοσ εἴ τι πέπυσσαι,
ἢ ἔτ' ἔχει τιμὴν πολέσιν μετὰ Μυρμιδόνεσσι,
ἦ μιν ἀτιμάζουσιν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε, 496ᵇ = Ι 395
οὕνεκά μιν κατὰ γῆρασ ἔχει χεῖράσ τε πόδασ τε.
οὐ γὰρ ἐγὼν ἐπαρωγὸσ ὑπ' αὐγὰσ ἠελίοιο
τοῖοσ ἐών, οἷόσ ποτ' ἐνὶ Τροίηι εὐρείηι
'πέφνον λαὸν ἄριστον ἀμύνων Ἀργείοισι.
εἰ τοιόσδ' ἔλθοιμι μίνυνθά περ εἰσ πατέροσ δῶ!
τῶι κέ τεωι στύξαιμι μένοσ καὶ χεῖρασ ἀάπτουσ, 502ᵇ = Η 309
οἳ κεῖνον βιάονται ἐϝέργουσίν τ' ἀπὸ τιμῆσ.'
„ὣσ ἔφατ', αὐτὰρ ἐγώ μιν ἀμειβόμενοσ προσέϝειπον·
‚ἦ τοι μὲν Πηλῆοσ ἀμύμονοσ οὔ τι πέπυσμαι,
αὐτάρ τοι παιδόσ γε Νεοπτολέμοιο φίλοιο
πᾶσαν ἀληθείην μυθήσομαι, ὥσ με κελεύεισ·
αὐτὸσ γάρ μιν ἐγὼ κοίλησ ἐπὶ νηὸσ ἐϝίσησ
ἤγαγον ἐκ Σκύρου μετ' ἐϋκνήμιδασ Ἀχαιούσ.
ἦ τοι ὅτ' ἀμφὶ πόλιν Τροίην φραζοίμεθα βουλάσ,
αἰεὶ πρῶτοσ ἔβαζε καὶ οὐχ ἡμάρτανε μύθων·
Νέστωρ ἀντίθεοσ καὶ ἐγὼ 'νικάσκομεν οἴω.
αὐτὰρ ὅτ' ἀμφὶ πόλιν Τροίην μαρναίμεθ' Ἀχαιοί,
οὔ ποτ' ἐνὶ πληθυῖ ἔμεν' ἀνδρῶν οὐδ' ἐν ὁμίλωι, 514ᵃ = Χ 458ᵇ
ἀλλὰ πολὺ προθέεσκεν, ἐϝὸν μένοσ οὔ τινι ϝείκων, 515 = Χ 459

498. οὐ] εἰ Zen. (cf. α 255). ‖ 502. τεωι G F P] τεων Ar. H² X. — ἀάπτουσ Ar. Zen.] ἀέπτουσ Aristoph. ‖ 510 et 513. Verba ἀμφὶ πόλιν Τροίην repetita vitii sunt indicium. In vs. 510 aptum foret e. g. ἐν ἀγορῆι Δαναῶν, in vs. 513 ἐν πεδίωι Τρώων habet J (Τρώων etiam D). Ceterum cf. Α 129. ‖ 512. Νέστωρ G F] Νέστωρ δ' P. — (')νικάσκομεν F] ν(ε)ικέσκομεν G P. ‖ 513. μαρνα(ί)μεθ'(α) G n] -νοίμεθ' Ω. — -μεθ' Ἀχαιοί] -μεθα χαλκῶι n Eust. (ut Π 497), quod verum videtur. ‖ 514. οὔ ποτ' ἐνὶ πληθυῖ F] οὔτε ποτ' ἐσ πληθὺν G P. ‖ 515. -σκεν, ἑ(ϝ)ὸν M¹ Eust.] -σκε, τὸ ὃν Ω (cf. Θ 430). — οὔ τινι § 100] οὐδενί.

puer utrobique dictus. Odysseae vero poeta eum admisit in orbem fabularum quae fuerunt de Troia oppugnata et vastata.

494 et 505. Πηλῆοσ] cf. Χ 438.

496 sq. Cf. Ω 488 sq.

501 sq. ἔλθοιμι ... στύξαιμι] optativus ut Δ 314. De aoristo (causativo) στύξαι cf. Η 112 et § 239.

502 sq. τεωι . . . οἳ κτέ.] haec verba mente sic sunt explenda: τεωι <κείνων> οἳ κτέ.

503. βιάονται] § 191.

509. Σκύρου] cf. Ι 668.

511. οὐχ ἡμάρτανε μύθων] οὐκ ἀφαμαρτοϝεπήσ erat, ut de Menelao dicitur Γ 215.

514. πληθυῖ] § 75.

πολλοὺσ δ' ἄνδρασ ἔπεφνεν ἐν αἰνῆι δηϊοτῆτι. 516 cf. χ 229
πάντασ δ' οὔ κεν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω, 517ᵇ = Β 488
ὅσσον λαὸν ἔπεφνεν ἀμύνων Ἀργείοισι,
ἀλλ' οἷον τὸν Τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῶι,
ἥρω' Εὐρύπυλον· πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
Κήτειοι 'κτείνοντο γυναίων εἵνεκα δώρων. 521ᵇ = ο 247
κεῖνον δὴ κάλλιστον ἴδον μετὰ Μέμνονα δῖον.
αὐτὰρ ὅτ' εἰσ ἵππον κατεβαίνομεν, ὃν 'κάμ' Ἐπειόσ,

521. *Κήτειοι*] olim quidam *κήδειοι, χήτειοι.* ‖ 522. *ἴδον*] neglecto ϝ, *κεῖνον κάλλιστόν γε* Bentley, *κάλλιστον δὴ τόν γε* Cobet (cf. Ζ 185 μ 258).

517. οὔ κεν] § 326.

519 sq. *Eurypylus* rex *Coi* fuit, cf. B 677. Quem ab Hercule (cf. A 590 sq. Ξ 255 O 28) victum esse docent scholia ad illum versum (cf. etiam Pind. Nem. IV 41), et interemtum tunc esse tute addi posse videtur. Hic rex a *Telephi filio* Eurypylo illo, quem Achillis filius interfecisse dicitur nostro loco (item in Parva Iliade et in tragoedia Sophoclis cuius fragmenta complura extant in papyro Oxyrh. 1175), primitus distinctus fuisse non videtur, uterque certe obstitit heroi a quo Troia capta est; sed si tempora computandi rationem eam sequimur, qua recentiores poetae epici sunt usi, duabus hominum aetatibus alter Eurypylus ab altero fuit seiunctus. Nam Thessali, quem Hercules procreavit e Chalciope Eurypyli Coi filia, duo filii ante Troiam pugnarunt (cf. B 677—679), et Telephum Teuthraniae regem, Herculis filium, nostri Eurypyli patrem, vulneravit Achilles. Rem clarius ostendit stemma quod sequitur:

(aetas 1):	Peleus	Eurypylus	Hercules.
	|	|	|
(aetas 2):	Achilles	Telephus	Thessalus.
	|	|	|
(aetas 3):	Neoptolemus	Eurypylus	duo filii.

521. Κήτειοι] gentis aliunde non cognitae nomen olim fuerunt qui *ingentes* interpretarentur (ad κῆτοσ referentes; cf. A 99). *Mysiae* populum intellegebat Aristarchus, Alcaeum secutus, qui Κήτειον dixit *Mysum*; et verum hos vidisse testatur *Telephi* Mysi nomen. In *Teuthrania* igitur circa Caicum flumen sunt quaerendi. Cf. Strab. 616, 620. Idemne sit hoc nomen atque id quod in Aegyptiorum monumentis dicitur *Khita* incertum. — γυναίων εἵνεκα δώρων] poeta quam fabulam respexerit nescimus, sed iisdem verbis o 247 indicatur mors *Amphiarai*, quem uxor donis corrupta fraudulenter et sceleste prodidit. In scholiis legimus interpretes alios putasse *matrem*, alios *uxorem* Eurypyli a Priamo corruptam eum permovisse ut in bellum proficisceretur, alios — sed hoc e poetae verbis quomodo potuit effici? — Priamum ei (ut Othryoneo N 365 sqq.) filiam despondisse.

523. ὃν 'κάμ' Ἐπειόσ] cf. Θ 492 sq.

Ἀργεῖων οἳ ἄριστοι, — ἐμοὶ δ' ἐπὶ πάντ' ἐτέταλτο, —
ἔνϑ' ἄλλοι Δαναῶν ἡγήτορεσ ἠδὲ μέδοντεσ 526[b] = Δ 816
δάκρυά τ' ὠμόργνυντο, 'τρέμον ϑ' ὑπὸ γυῖα ϝεκάστου,
κεῖνον δ' οὔ ποτε πάμπαν ἐγὼ 'ϝίδον ὀφϑαλμοῖσι 528[a] cf. δ 693
οὔτ' ὠχρήσαντα χρόα κάλλιμον οὔτε παρήιων
δάκρυ' ὀμορξάμενον· ὃ δέ με μάλα πόλλ' ἱκέτευε 530[a] cf. Σ 124
ἱππόϑεν ἐξέμεναι, ξίφεοσ δ' ἐπεμαίετο κώπην
καὶ δόρυ χαλκοβαρέσ, κακὰ δὲ Τρώεσσ' ἐμενοίνα.
ἀλλ' ὅτε δὴ Πριάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν αἰπήν, 533 cf. γ 130
μοῖραν καὶ γέρασ ἐσϑλὸν ἔχων ἐπὶ νηὸσ ἔβαινε
ἀσκηϑήσ, οὔτ' ἂρ βεβλημένοσ ὀξέϊ χαλκῶι
οὔτ' αὐτοσχεδίην οὐτασμένοσ, οἷά τε πολλὰ
γίγνεται ἐν πολέμωι· ἐπιμὶξ δέ τε μαίνεται Ἄρησ.'
„ὣσ ἐφάμην· ψυχὴ δὲ ποδώκεοσ Αἰακίδαο
'φοίταε μακρὰ βιβᾶσα κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα, 539[a] cf. Ο 686 539[b] = 573 ω 13 cf. h. Merc. 221, 344
γηϑοσύνη ὅ ϝοι υἱὸν ἔφην ἀριδείκετον εἶναι.
„αἳ δ' ἄλλαι ψυχαὶ νεκύων κατατεϑνηώτων
ἕστασαν ἀχνύμεναι, εἴροντο δὲ κήδε' ἑκάστη.
οἴη δ' Αἴαντοσ ψυχὴ Τελαμωνιάδαο

525 ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν λόχον ἠδ' ἐπιϑεῖναι, 525 cf. Ε 751

525. Ar. om. aut —— || 526. Δαναῶν—μέδοντεσ] πάντεσ κατὰ δούριον ἵππον Ἀχαιοὶ Ar. (?). || 527. ϝεκάστου] -τοσ la Roche (coll. Κ 390 Ν 18 Φ 507). || 528. ποτε πάμπαν ἐγὼ] ποτ' ἐγὼ πάμπαν F. || 529. παρήιων] cf. Ω 794. || 530. δάκρυ'(α)] cf. Ι 433. — με ... ἱκέτευε(ν) F P M] μοι (με H[1]) ... ἐπέτελλεν H, μοι ... ἐκέλευεν G X. || 531. ἐξέμεναι G et l. a. ant.] ἐξίμεναι Ω. || 537. μαίνεται] μάρνεται G[1] (voluitne μάρναται?). || 539. βιβᾶσα] βιβῶσα Ω. Cf. Γ 22. || 540. γηϑοσύνη] sic Ar., -νηι Aristoph. G (cf. Ν 29). || 542. ἑκάστη] neglecto ϝ, Bentley ἅπασαι.

529. παρήιων] cf. Δ 142.

533. αἰπήν] § 75.

536. αὐτοσχεδίην] cf. Ε 830.

— οἷά τε πολλὰ] cf. γ 73.

539. 'φοίταε] § 191.

— ἀσφοδελὸν] vox ignota, quae non nisi locis par. redit, non videtur ducta esse a floris ἀσφοδέλου (Hes. Oper. 41 al.) nomine, sed flos ille, qui mortuis sacer vel carus fuit, ab ea nomen postea accepisse. In hymno Mercurii certe l. l. *mortuorum* mentio nulla fit, et absurdum fuerit illic *pratum asphodeli floribus obtectum* intellegere. Veteres dubitabant an κατὰ σφοδελόν esset legendum, fuerunt etiam qui κατὰ σποδελὸν (*cinerosum!*) legerent.

541. νεκύων κατατεϑνηώτων] cf. Χ 203 et § 160.

542. κήδε'(α)] *curas* sive: *ea quae curabant*, quae praesertim dolebant ignorata et scire quam maxime cupiebant.

543—564. Cf. Ψ 708—779. Armorum iudicium et Aiacis mors volun-

νόσφιν ἀφειστήκει κεχολωμένη εἵνεκα νίκησ,
τήν μιν ἐγὼ 'νίκησα δικαζόμενοσ παρὰ νηυσὶ
τεύχεσιν ἀμφ' Ἀχιλῆοσ· ἔθηκε δὲ πότνια μήτηρ,
παῖδεσ δὲ Τρώων 'δίκασαν καὶ Παλλὰσ Ἀθήνη.
ὡσ δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῷδ' ἐπ' ἀέθλωι!
τοίην γὰρ κεφαλὴν ἕνεκ' αὐτῶν γαῖα κατέσχε, 549a = α 348
Αἴανθ', ὃσ περὶ μὲν ϝεῖδοσ, περὶ δ' ἔργ' ἐτέτυκτο 550 cf. P 279
τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλεΐωνα. 551 = B 674 P 280
τὸν μὲν ἐγὼ ϝεπέεσσι προσηύδων μειλιχίοισι· 552 cf. ι 363
‚Αἶαν, παῖ Τελαμῶνοσ ἀμύμονοσ, οὐκ ἄρ' ἔμελλεσ
οὐδὲ θανὼν λήσεσθαι ἐμοὶ χόλου εἵνεκα τευχέων
ὀλομένων; τὰ δὲ πῆμα θεοὶ 'θέσαν Ἀργείοισι·
τοῖοσ γάρ σφιν πύργοσ ἀπώλεο, σεῖο δ' Ἀχαιοὶ
ϝῖσον Ἀχιλλῆοσ κεφαλῆι Πηληϊάδαο
ἠχνύμεθα φθιμένοιο διαμπερέσ. οὐδέ τισ ἄλλοσ
αἴτιοσ, ἀλλὰ Ζεὺσ Δαναῶν στρατὸν αἰχμητάων
ἐκπάγλωσ ἤχθηρε, τεῒν δ' ἐπὶ μοῖραν ἔθηκε. 560a = 437; 560b cf. τ 592
ἀλλ' ἄγε δεῦρο ϝάναξ, ἵν' ἔποσ καὶ μῦθον ἀκούσηισ
ἡμέτερον· δάμασον δὲ μένοσ καὶ ἀγήνορα θυμόν.'
„ὣσ ἐφάμην· ὃ δέ μ' οὔ τι ἀμείβετο, 'βῆ δὲ μετ' ἄλλασ

545. μιν G] μὲν pap. Oxyrh. 780 F P (cf. E 181). || 547. Ar. — || 550. ἔργ'] neglecto ϝ (cf. P 279). || 561. ἔποσ] neglecto ϝ, Fick ἀλλά, ϝάναξ, ἄγε δεῦρο, ϝέποσ (cf. § 108). || 563. οὔ τι § 100] οὐδὲν.

taria ab Homero non nisi h. l. commemorantur; in Aethiopide vero et in Parva Iliade fuse enarrata fuerunt (cf. Ar. Eq. 1056 cum schol.). Sed cuiusmodi fuerit ea forma huius fabulae, quam poeta nunc auditoribus suis indicat tantum, utpote probe iis cognitam (cf. A 307), parum liquet vs. 547, qui versus ab Aristarcho damnabatur, emblemati tamen haudquaquam similis. In quo versu nobis obscura sunt verba: παῖδεσ Τρώων 'δίκασαν. — Aiax maior a quonam sive deo sive mortali interemtus esset poetae dicere non habuerunt, quoniam ex uno illo heroë, quem interfecit *Neptunus*, duo vel etiam tres sunt facti (cf. N 198—202) et is vitae finis, quem priscae fabulae ferebant, *Aiaci Locrensi* est relictus (cf. δ 499—510). Quapropter *Aiax Salaminius* ipse sibi mortem conscivisse dictus est, *Teucer* autem in terras longinquas abiisse.

554. ἐμοί] *erga me*; cf. A 283. — τευχέων] § 8.

555. ὀλομένων] § 21.

557. Comparatio compendiaria; cf. P 51.

559. ἀλλὰ] cf. γ 378.

561. (ϝ)έποσ καὶ μῦθον] cf. δ 597.

ψυχὰς εἰς Ἔρεβος νεκύων κατατεθνηώτων. 564 cf. 37
ἔνθα χ' ὁμῶς προσέφη κεχολωμένος, ἤ κεν ἐγὼ τόν·
ἀλλά μοι ἤθελε θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισι
τῶν ἄλλων ψυχὰς ϝιδέμεν κατατεθνηώτων.
„ἔνθ' ἦ τοι Μίνωα 'ϝίδον Διὸς ἀγλαὸν υἱόν

568 (565?)—627. Ar. —; cf. comment.

564 et 567. κατατεθνηώτων] § 160. De locutione νεκύων κατατεθνηώτων cf. Χ 203.

565—568. *Fortasse tamen plura cum eo confabulatus fuissem, nisi aliae animae oculos meos in se convertissent. Nam et clarum illum Minoëm* (ἦ τοι vs. 568) *adspiciebam.* — De ordine verborum ὁμῶς προσέφη κεχολωμένος cf. δ 100, de ipso autem adverbio ὁμῶς § 319, et de infinitivo ϝιδέμεν vs. 567 cf. § 126.

568—627. Ulixes dum prope littus Oceani adstabat fossae, quam sanguine impleverat, Minoëm Orionem Tityum Tantalum Sisyphum videre quomodo potuit? Poeta interrogatus certi quid proferre non potuisset. Qui parcus omnino verborum fuit in herois ad mortuorum regionem itinere enarrando (cf. κ 513—530), neque operam dedit ullam ut aedes Ditis vel Acherontem Cocytum Pyriphlegethontem Stygem flumina verbis pingeret et veluti oculis audientium obiceret. Et recte profecto fecit quod — perinde atque Euripides in eo dramate, quo Alcestidem ab Hercule Morti ereptam celebravit, — non multus fuit in re, de qua quod veri simile esset proferre nihil poterat. Tenebrosam igitur illam Ἀϝίδαο regionem etiam per ipsum carmen in caligine delitescere sivit, simul tamen — ne absurda narrare videretur — tacite sumens Ulixem quaelibet illic cernere potuisse (cf. vs. 14—19). Duae autem notiones, ut saepe in Iliade et in Odyssea, sic nunc quoque in unum confluxerunt; modo enim animae dicuntur ad Ulixem venisse, modo Ulixes sedes animarum adiisse videtur. Poeta — si ipsi Odysseae poetae et haec debentur — ante Ditis aedes densis tenebris coopertas (cf. vs. 635) campum apertum et luce aliqua illustratum sibi finxisse videtur: ibi degere Minoëm, Orionem, Tityum, Tantalum, Sisyphum, Herculem. De quo campo (vs. 539, 573, 605) cf. μ 41—46. Sic statuentibus unus versus qui molestus videatur restat 571, hunc autem omissum nemo desideret; sed quoniam etiam μ 21 ita est comparatus, nec non qui versui 571 est simillimus Ψ 74 (cf. etiam κ 491, 502, 512, 564), rectius statuerit quis poetam minus accurate locutum *domum Ditis* vocasse totam illam *regionem* cuius rex esset Dis, quam spurios aut corruptos esse hos versus.

568—571. Minos, qui ante duas hominum aetates vixit (cf. τ 180), clarus olim fuit legislator, ab ipso Iove patre edoctus (cf. τ 179). Nunc mortuus ius dicere pergit, iisdem quibus per vitam studiis deditus, quemadmodum Orion in animarum regione feras agit, Hercules hostes adoritur, quia alter strenuus venator fuit olim, alter bellando inclaruit. Non vero dicit poeta — id quod in eius aetatis notiones non cadebat — de singulis animis primo quoque post mortem tem-

χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα θεμιστεύοντα νέκυσσι, 569ᵃ cf. 91
ἥμενον· οἳ δέ μιν ἀμφὶ δίκασ εἴροντο ϝάνακτα,
ἥμενοι ἑσταότεσ τε κατ' εὐρυπυλὲσ Ἄϝιδοσ δῶ. 571ᵇ cf. Ψ 74
„τὸν δὲ μετ' Ὀαρίωνα πελώριον εἰσενόησα
65. παράκειται] *propositum est*, veluti certamen (vel cibus).

66 sq. Fugere nequeunt proci, Ulixes enim limine megari occupato inclusos tenet; itaque τινά cum risu dicit acerbissimo, *cunctos* cogitans. Cf. Α 289.

68. αὖθι] § 322.

70. οὐ γάρ] cf. Γ 59.

71 sq. ἐΰξοον . . . ξεστοῦ] epitheta hoc loco inutilia; tam firmiter igitur substantivis suis accreverant ut horum veluti partem efficere videri possent.

74. Cf. τ 4 et ο 283.

75. ἐπὶ δ' αὐτῶι πάντεσ ἔχωμεν] cf. Ν 326.

81–85. In ipso exiliendi impetu telo percussus Eurymachus incidit mensae, quam tollere et ἀντίσχεσθαι

ἰὸν ἀποπροΐει, ᾿βάλε δὲ στῆθοσ παρὰ μαζόν, 82ᵃ cf. Δ 480
ἐν δέ ϝοι ἧπατ᾿ ἔπηξε θοὸν βέλοσ. ἐκ δ᾿ ἄρα χειρὸσ
φάσγανον ἧκε χαμᾶζε, περιρρηδὴσ δὲ τραπέζηι
κάππεσεν ἰδνωθείσ, ἀπὸ δ᾿ εἴδατα ᾿χεῦεν ἔραζε 85ᵇ = 20
καὶ δέπασ ἀμφικύπελλον, ὃ δὲ χθόνα ᾿τύπτε μετώπωι
θυμῶι ἀνιάζων, ποσὶ δὲ θρόνον ἀμφοτέροισι 87ᵃ = Φ 270
λακτίζων ἐτίνασσε, κατ᾿ ὀφθαλμῶν δ᾿ ἔχυτ᾿ ἀχλύσ. 88ᵇ cf. E 696
Ἀμφίνομοσ δ᾿ Ὀδυσῆοσ ἐϝίσατο κυδαλίμοιο
ἀντίοσ ἀΐξασ, ᾿ϝέϝρυτο δὲ φάσγανον ὀξύ,
εἴ πώσ ϝοι ϝείξειε θυράων. ἀλλ᾿ ἄρα μιν ᾿φθῆ
Τηλέμαχοσ κατόπισθε βαλὼν χαλκήρεϊ δουρὶ 92ᵇ = E 145
ὤμων μεσσηγύσ, διὰ δὲ στήθεσφιν ἔλασσε· 93 sq.ᵃ = E 41 sq.
᾿δούπησεν δὲ πεσών, χθόνα δ᾿ ἤλασε παντὶ μετώπωι. 94ᵇ = 296
Τηλέμαχοσ δ᾿ ἀπόρουσε λιπὼν δολιχόσκιον ἔγχοσ
αὐτόθ᾿ ἐν Ἀμφινόμωι, — περὶ γὰρ ᾿δϝίε μή τισ Ἀχαιῶν 96ᵇ cf. P 666
ἔγχοσ ἀνελκόμενον δολιχόσκιον ἢ ἐλάσειε

82. *ἀποπροΐει* M X n] *-ϊείσ* Ryl. G F P. ‖ 85. *ἰδνωθείσ* X n] *δινωθείσ* L, *δινηθείσ* G F P. ‖ 88. *ἐτίνασσε* F P] *-ξε* G. ‖ 89. *ἐϝίσατο* § 201] *ἐείσατο.* ‖ 90. *ἀντίοσ* F P] *-ον* U (*-ων* G). Cf. *Z* 54. — *ἀΐξασ*] *ἀΐξαι* Ahrens (coll. *X* 195).

volebat (cf. vs. 74). Sagitta, quae proni pectoris partem superiorem feriit, transfixo diaphragmate in iecur penetravit. Cf. E 291–293.

82. Ad ᾿βάλε mente supplendum est μιν (cf. Δ 480 Θ 121 al.).

83. ἧπατ᾿(ι)] § 13.

84. περιρρηδήσ] †; vox aliunde ignota, sed mensae *circumfusum* sive *illapsum* dici docet contextus.

85. ἰδνωθείσ] *incurvatus*. Cf. B 266.

86. ὃ δὲ] cf. A 190.

— χθόνα ᾿τύπτε μετώπωι] *fronte ferit terram* Verg Aen. X 349.

87. θυμῶι ἀνιάζων] *oppresso pectore, anhelus*. Cf. Φ 270.

89. ἐϝίσατο] § 201.

90. ᾿ϝέϝρυτο] § 293.

91—99. Dum Eurymachus concidit, Amphinomus stricto gladio in Ulixem irruit; quem prius erat percussurus quam novam sagittam hic sumere posset, nisi eminus eum Telemachus hasta feriisset a tergo (cf. σ 156). Telemachus enim etiam adstabat solito loco prope focum in megari parte interiore, hasta munitus (cf. φ 434), nec iam quisquam oculos aut animum ad eum advertebat. Percusso autem Eurymacho Telemachus quam potuit celerrime ad patrem cucurrit, antequam proci senserunt quid factum esset. Itaque ne tantum quidem temporis sibi sumsit quantum sufficeret ad hastam e tergo inimici prostrati extrahendam.

94. ᾿δούπησεν] ceteris locis de *armatis* dicitur hoc verbum, nunc de eo qui non nisi cum telo est.

96. αὐτόθ᾿(ι)] § 322.

97 sq. *Verebatur enim, si e caesi corpore extraheret hastam, ne quis hostium ipsum interim ense assecutus feriret incurvatum.*

φασγάνωι ἀΐξασ ἠὲ προπρηνέα τύψασ, — 98ᵃ = Ε 81
βῆ δὲ θέειν, μάλα δ' ὦκα φίλον πατέρ' εἰσαφίκανε, 99 cf. 112
ἀγχόθι δ' ἱστάμενοσ ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα· 100 = Δ 203
„ὦ πάτερ, ἤδη τοι σάκοσ οἴσω καὶ δύο δοῦρε
καὶ κυνέην πάγχαλκον ἐπὶ κροτάφοισ' ἀραρυῖαν, 102 = σ 378
αὐτόσ τ' ἀμφιβαλεῦμαι ἰών, δώσω δὲ συβώτηι
καὶ τῶι βουκόλωι ἄλλα· τετευχῆσθαι γὰρ ἄμεινον.“
τὸν δ' ἀπαμειβόμενοσ προσέφη πολύμητισ Ὀδυσσεύσ·
„οἶσε θέων, ἧόσ μοι ἀμύνεσθαι πάρ' ὀϊστοί,
μή μ' ἀποκινήσωσι θυράων μοῦνον ἐόντα.“
ὣσ 'φάτο· Τηλέμαχοσ δὲ φίλωι ἐπεπείθετο πατρί, 108 = τ 14
'βῆ δ' ἴμεναι θάλαμόνδ', ὅθι ϝοι κλυτὰ τεύχε' ἔκειτο.
ἔνθεν τέσσαρα μὲν σάκε' ἔξελε, δούρατα δ' ὀκτὼ 110 sq. cf. 144 sq.
καὶ πίσυρασ κυνέασ χαλκήρεασ ἱπποδασείασ·
'βῆ δὲ φέρων, μάλα δ' ὦκα φίλον πατέρ' εἰσαφίκανε. 112 cf. 99
αὐτὸσ δὲ πρώτιστα περὶ χροῒ 'δύσετο χαλκόν·
ὣσ δ' αὔτωσ τὼ δμῶε 'δυέσθην τεύχεα καλά,

98. προπρηνεα D] -νεῖ G F P. — τύψασ Ryl. G F] -ηι P. ‖ 99. θέειν G P] θέων F. ‖ 100. ἀγχόθι δ'(ἱ)] cf. Β 172. ‖ 102. πάγχαλκον G P] εὔχαλκον F (ut Η 12). Cf. σ 378. ‖ 104. τετευχῆσθαι] τευχῆσθαι G, τετευχήσεσθαι An. Par., quod e -χῆσθαι (supra: εσ) natum ratus Wackernagel scribi iussit τετευχέσθαι. ‖ 106 et 116. ἀμύνεσθαι Ryl. G P] -ασθαι F. ‖ 110. ἔξελε X] εἵλετο Ryl. G F P (cf. vs. 125 et 144).

101—104. A prisca fabula, quae fuit de heroë — olim de deo — sagittario inimicos confodiente, aliena sunt haec et quae sequuntur; is enim solus sibi sufficiebat, auxilia nihilo magis requirens quam Iliadis initio Apollo Chrysaeus ad Achivos perimendos. Itaque ne Telemacho quidem aut Eumaeo in vetustissima illa fabula locus esse potuit (cf. α 88 sqq. ν 404). Sed Odysseae poeta, qui hos in carmen suum recepit et procos plus centum Ulixi opposuit, certaminis socios ei dedit filium, subulcum, bubulcum, et clipeis galeis hastis cum hos tum ipsum heroëm munivit, quia ad tot homines confodiendos una pharetra — terrestris quidem — sagittas satis multas praebere non potuit (cf. vs. 106). Nunc τετευχῆσθαι sive *armatos esse* satius fuit profecto. — Cf. α 245—248 et Ν 198—202.

103 et 106. ἀμφιβαλεῦμαι ἰών et οἶσε θέων] de participii praes. hoc usu cf. Α 137 sq., de contracto -εῦμαι § 7 et 147.

106. ἧοσ] § 323.

107. *Festinato opus est; nam nisi prius redieris quam deficiant sagittae, illi pellent me a limine.*

109. κλυτὰ τεύχε'(α)] arma cum alia dicit poeta tum ea praesertim quae Telemachus ante paucas horas adiuvante patre illuc detulit (cf. τ 4 sqq.); κλυτά autem significat solitis *pretiosiora* sive *ornatiora*, ut Ζ 58 de *vestibus* dictum.

111. πίσυρασ] cf. Ο 680.

ἔσταν δ' ἀμφ' Ὀδυσῆα δαΐφρονα ποικιλόμητιν. — 115 cf. Δ 482
αὐτὰρ ὅ γ', ὄφρα μὲν αὐτῶι ἀμύνεσθαι ἔσαν ἰοί,
τόφρα μνηστήρων ἕνα γ' αἰεὶ ϝῶι ἐνὶ ϝοίκωι
'βάλλε τιτυσκόμενοσ· τοὶ δ' ἀγχιστῖνοι ἔπιπτον. — 118^b = Ρ 361
αὐτὰρ ἐπεὶ 'λίπον ἰοὶ ὀϊστεύοντα ϝάνακτα,
τόξον μὲν πρὸσ σταθμὸν ἐϋσταθέοσ μεγάροιο — 120 cf. 257, 274; 120^b = Σ 374
ἔκλιν' ἑστάμεναι πρὸσ ἐνώπια παμφανάοντα, — 121^b = Θ 435
αὐτὸσ δ' ἀμφ' ὤμοισι σάκοσ 'θέτο τετραθέλυμνον, — 122 cf. Ο 479
κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμωι κυνέην ἐΰτυκτον ἔθηκε — 123 sq. = Γ 336 sq.
ἵππουριν, δϝεινὸν δὲ λόφοσ καθύπερθεν ἔνευε·
εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρα δύω κεκορυθμένα χαλκῶι. — 125 = Λ 43 cf. Γ 338

ὀρσοθύρη δέ τισ ἦσκεν ἐϋ δμητῶι ἐνὶ τοίχωι·

---

115. ποικιλόμητιν (-μή-) U] -μήτην Ω (cf. § 55 et 83[10]). ‖ 119. ὀϊστεύοντα] -σαντα P. ‖ 125. εἵλετο δ'(ἑ)] ἐκ δ' ἕλετ' X n (cf. vs. 110). — δοῦρα W[1]] -ρε Ω (cf. Γ 18). ‖ 126. ὀρσοθύρη] ὀρθοθύρη Crates in Etym. M. 634, 9.

---

116. Brevius dicta haec pro: *quamdiu ipse* (*solus*) *adversarios arcere potuit, quia sagittae ei praesto erant.*

120—125. Ulixes dum clipeo et galea quam potest celerrime se armat, a filio et ministris protegitur. Proci autem subito periculo penitus perculsi animum plane desponderunt. Telemachi hasta in corpore Amphinomi etiam haerenti (cf. vs. 95 sq.) potiri non potuerunt, arcebant enim Ulixis sagittae letiferae.

121. ἐνώπια] cf. Θ 435.

— παμφανάοντα] § 191.

122. σάκοσ...τετραθέλυμνον] scutum validissimum et magni ponderis; cf. Ο 479.

125. In megaro inclusi tenentur proci, sed nondum sunt victi. Brevis quaedam iam fit pugnae intermissio, mox autem etiam procis arma et hastae aliquot praebebuntur, dein (vs. 255) praelium redintegrabitur.

126—138. In parte superiore dextri vel sinistri parietis megari fuit ὀρσοθύρη. Qua voce etiam vs. 333 usurpata significari videtur *fenestra*, quae θυρίσ vocabatur a posterioribus. Illuc Agelaus unum aliquem quomodocumque adscendere (vs. 132) iubet, — fortasse aliorum tergis suffultum, — ut inde in circuitionem desilire, dein ex aedibus elapsus cives advocare possit, qui opem ferant inclusis. At Melanthius: „frustra erit", — ait — „neque enim ipse foras evadere poterit „neque illi in aedes penetrare. Clausum est aedium ostium, et ita „clausum ut nulla sit spes violandi. „Quod autem in *angiportum* ducit „*ostiolum* (cf. Herodot. I 180 Ar. „Pac. 99), id clausum est item, et si „quam maxime perfringatur, amicis „nostris aditum non praebebit tamen, „nam tam angustum est ut unus „homo ibi adstans plurimos arcere „facile possit. Neque clam fieri res „poterit, quoniam limini, quod illi „obtinent, illud ostiolum est proximum". Et revera, quod nescit Melan-

ἀκρότατον δὲ παρ' οὐδὸν ἐϋσταθέοσ μεγάροιο 127ᵇ = Σ 374
ἧν ὁδὸσ εἰσ λαύρην, σανίδεσ δ' ἔχον εὖ ἀραρυῖαι. 128ᵇ = ψ 42
τὴν Ὀδυσεὺσ φράζεσθαι ἄνωγεν δῖον ὑφορβὸν
ἑσταότ' ἄγχ' αὐτῆσ· μία δ' οἴη 'γίγνετ' ἐφορμή.
τοῖσ δ' Ἀγέλαοσ ἔϝειπε ϝέποσ πάντεσσι πιφαύσκων· 131 = 247

128. εὖ ἀραρυῖαι] ἐντὸσ ἐίσαι pap. Oxyrh. 448 X U n. Cf. Φ 535 β 344 ψ 42 || 129. τὴν Ryl. G] τὴν δ' F P. — ἄνωγεν § 225] ἀνώγει. || 130. ἄγχ' αὐτῆσ] ἀγχοῦ τῆ[σ] pap. Oxyrh. 448. || 131. τοῖσ δ'(ἐ)] τοῖσ' (cf. § 60)? — Ἀγέλαοσ F] -λαωσ G, -λεωσ Ryl. P (cf. vs. 247). — ἔ(ϝ)ειπε(ν) HStephanus] μετέειπεν Ω (μετέφη G).

thius, illi ostiolo Eumaeus adstat armatus. — Situm locorum qualem poeta sibi mente informaverit, diagrammate ostendere conabimur, ita tamen ut profiteamur poetam ea, quae a parte sinistra delineaturi sumus, a dextra fortasse — nam nihil id refert — sibi finxisse sita:



¹) locus lecti Laërtae (nunc remoti? cf. λ 188 sq. ο 354).
²) locus arcis asservandis aptus (cf. Ζ 91 al.).
³) fenestra (ὀρσοθύρη).
⁴) foris megari anterior.
⁵) foris megari postica.
⁶) focus.
⁷) scalae ad ὑπερῷιον ducentes.
⁸) ara Iovis ἑρκείου.
⁹) ostium aedium.
¹⁰) ostiolum (στόμα λαύρησ).

129 sq *Illic custodiam agere Eumaeum iusserat Ulixes, prope ipsum hunc angiporti aditum adstantem; alia autem via in aedes perveniri extrinsecus non poterat*, quia clausum erat aedium ostium in publicum ducens. Pronomina τήν et αὐτῆσ (vs. 129 sq.) ad ὁδόν sunt referenda, non ad ὀρσοθύρην.

„ὦ φίλοι, οὔ κεν δή τισ ἀν' ὀρσοθύρην ἀναβαίη
καὶ ϝείποι λαοῖσι, βοὴ δ' ὤκιστα γένοιτο; 133ᵇ cf. 77
τῶι κε τάχ' οὗτοσ ἀνὴρ νῦν ὕστατα τοξάσσαιτο.“ 134 = 78
τὸν δ' αὖτε προσέϝειπε Μελάνθιοσ αἰπόλοσ αἰγῶν·
„οὔ πωσ ἔστ', Ἀγέλαε διοτρεφέσ· ἄγχι γὰρ αἰνῶσ
αὐλῆσ καλὰ θύρετρα, καὶ ἀργαλέον στόμα λαύρησ,
καί χ' εἷσ πάντασ ἐρύκοι ἀνήρ, ὅσ τ' ἄλκιμοσ εἴη.
ἀλλ' ἄγεθ', ὕμιν τεύχε' ἐνείκω θωρηχθῆναι
ἐκ θαλάμοι'· ἔνδον γάρ, ὀΐομαι, οὐδέ πηι ἄλληι
τεύχεα κατθέσθην Ὀδυσεὺσ καὶ φαίδιμοσ υἱόσ.“
ὣσ ϝειπὼν ἀνέβαινε Μελάνθιοσ αἰπόλοσ αἰγῶν
εἰσ θαλάμουσ Ὀδυσῆοσ ἀνὰ ῥῶγασ μεγάροιο·
ἔνθεν δώδεκα μὲν σάκε' ἔξελε, τόσσα δὲ δοῦρα 144 sq. cf. 110 sq.

---

132. φίλοι] πόποι X n. — ἀναβαίη] ἐπιβαίη P. ‖ 144 sq. Ar. — ‖ 144. ἔνθεν δώδεκα Ryl. G P] ἔνθα δυώδεκα F. — ἔξελε] εἵλετο U (cf. vs. 110).

---

132. οὔ κεν] § 326.

136. ἄγχι] mente add.: τοῦ στόματοσ τῆσ λαύρησ.

137. αὐλῆσ καλὰ θύρετρα] *ostium* — ab Ulixe cum suis iam occupatum — *quo* e megaro per prodomum *ad aulam datur aditus.*

— καὶ ἀργαλέον στόμα λαύρησ] *et difficilis est exitus per orificium truae.* Dicitur ἀργαλέον sive *molestum,* quippe *angustissimum,* per quod non nisi singuli penetrare aegre possint. Nempe non *hominibus* sed *sordibus* hic exitus erat factus; στόμα fuit (nos *uitmonding,* gall. *bouche d'égout*), non iusta ianua.

139—143. Aliud igitur commentus est Melanthius. Per ῥῶγασ (†) evasit *in aedium interiora,* ut arma procis peteret e gaza, ubi ab Ulixe et Telemacho erant seposita (cf. τ 4 sqq.); nam non nisi illic abdi ea potuisse intellegebat. Ῥῶγεσ autem sive *fissurae* cuiusmodi fuerint nescimus, sed in superiore parte megari eas fuisse et aedium partem interiorem per eas adiri potuisse docent verbum ἀναβαίνειν et contextus. Significanturne *foriculae* angustae neque aditu faciles, quae in circuitionem ad aedium interiora ducentem lucis et aëris aliquid e megaro transmitterent, per quarum unam Melanthius desiluerit in circuitionem? Sic vero quid discriminis fuerit inter ὀρσοθύρην et ῥῶγασ non liquet et molestus videtur usus numeri pluralis; *porrigere* autem arma per eiusmodi aperturam Melanthius qui potuit? *Lacunaris* ne igitur dicuntur foramina fumum emittentia, per quae ad tectum planum, hinc per scalas in circuitionem, esset aditus (cf. κ 554—560)? Sed α 320 ea dicta sunt ὀπαῖα, neque apparet quomodo Melanthius illuc e megaro potuerit pervenire. Foco qui circumpositi erant σταθμοί (cf. α 333) praebebantne adscensum?

144 sq. Aristarchus recte observavit Melanthium tot scuta galeas hastas simul ferre non potuisse; finxit igitur poeta eum *ter* (cf. vs. 110—112) vel *quater* cellam intrasse et arma inde exprompta per ῥῶγασ procis por-

καὶ τόσσασ κυνέασ χαλκήρεασ ἱπποδασείασ·
'βῆ δ' ἴμεναι, μάλα δ' ὦκα φέρων μνηστῆρσιν ἔδωκε.
καὶ τότ' Ὀδυσσῆοσ 'λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ, 147 = ε 297
ὥσ περιβαλλομένουσ 'ϝίδε τεύχεα χερσί τε δοῦρα
μακρὰ τινάσσοντασ· μέγα δ' αὐτῶι 'φαίνετο ϝέργον. 149ᵇ cf. Μ 416
αἶψα δὲ Τηλέμαχον ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα· 150 = ρ 591
„Τηλέμαχ', ἦ μάλα δή τισ ἐνὶ μεγάροισι γυναικῶν
νῶϊν ἐποτρύνει πόλεμον κακὸν ἠὲ Μελανθεύσ."
τὸν δ' αὖ Τηλέμαχοσ πεπνυμένοσ ἀντίον ηὔδα·
„ὦ πάτερ, αὐτὸσ ἐγὼ τόδε γ' ἤμβροτον, — οὐδέ τισ ἄλλοσ
αἴτιοσ, — ὃσ θαλάμοιο θύρην πυκινῶσ ἀραρυῖαν
κάλλιπον ἀγκλίνασ· τῶν δὲ σκοπὸσ ἦεν ἀμείνων.
ἀλλ' ἴθι, δῖ' Εὔμαιε, θύρην ἐπίθεσ θαλάμοιο
καὶ φράσαι, ἤ τισ ἄρ' ἐστὶ γυναικῶν ἣ τάδε ῥέζει,
ἦ υἱὸσ Δολίοιο Μελανθεύσ, τόν περ ὀΐω."
ὣσ οἳ μὲν τοιαῦτα πρὸσ ἀλλήλουσ ἀγόρευον.
'βῆ δ' αὖτισ θάλαμόνδε Μελάνθιοσ αἰπόλοσ αἰγῶν
οἴσων τεύχεα καλά· 'νόησε δὲ δῖοσ ὑφορβόσ,
αἶψα δ' Ὀδυσσῆα προσεφώνεεν ἐγγὺσ ἐόντα· 163 = Δ 346
„διογενὲσ Λαερτιάδη, πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
κεῖνοσ δ' αὖτ' ἀΐδηλοσ ἀνήρ, ὃν ὀΐόμεθ' αὐτοί,
ἔρχεται εἰσ θάλαμον. σὺ δέ μοι νημερτὲσ ἐνίσπε, 166ᵇ = Ξ 470
ἤ μιν ἀποκτείνω, αἴ κε κρείσσων γε γένωμαι,
ἠὲ σοὶ ἐνθάδ' ἄγω, ἵν' ὑπερβασίασ ἀποτίσῃ

148. τε G P] δὲ Ryl. F. || 157. δῖ'(ε) Ryl. G P] δὴ F (cf. π 461). — θύρην] -ρασ G (cf. ζ 19). || 158. ἤ § 32[7]] εἰ || 159. Μελανθεύσ] *Μελάνθιοσ (ὅν)? Cf. vs. 161 et v. l. ρ 247 φ 181. — τόν G P] ὅν F. || 163. προσεφώνεεν ἐγγὺσ ἐόντα] ἔπεα πτερόεντα προσηύδα P. || 166. ἔνισπε (ἔν.) F] ἐνίσπεσ G P (cf. § 149[93]). || 167. γε U[1]] τε Ryl. G F P.

rexisse, dein ab Eumaeo et Philoetio esse deprehensum. Cf. vs. 161, 188 sq. et de numero duodenario indicium fabulae antiquioris habenti ad α 245—248.

148—255. Pugna intermittitur, dum arma induunt proci et quomodo Ulixem vincere possint inter se deliberant.

155 sq. Telemachum sero paenitet foris gazae modo, in tanta nimirum festinatione (cf. vs. 107), non denuo obseratae (cf. α 441 sq.). — Non facile id commisisset pater, sedatioris aetatis vir, cautus semper et prudens; quamquam et hunc poeta errantem ostendit τ 345 sq.

157. δῖ' Εὔμαιε] cf. π 461.
— ἐπίθεσ] *claude*; cf. α 441 sq.

162—166. Per circuitionem prospiciens Eumaeus cernit Melanthium.

164. διογενὲσ] § 21.

πολλάσ, ὅσσασ οὗτοσ ἐμήσατο σῶι ἐνὶ ϝοίκωι.“
τὸν δ' ἀπαμειβόμενοσ προσέφη πολύμητισ Ὀδυσσεύσ·
„ἦ τοι ἐγὼ καὶ Τηλέμαχοσ μνηστῆρασ ἀγαυοὺσ
σχήσομεν ἔντοσθεν μεγάρου μάλα περ μεμαῶτασ,
σφῶϊ δ' ἀποστρέψαντε πόδασ καὶ χεῖρασ ὕπερθε 173ᵇ = Ε 122
174 εἰσ θάλαμον βαλέμεν, σανίδοσ δ' ἐκδῆσαι ὄπισθε,
177 ὥσ κεν δϝηθὰ ζωιὸσ ἐὼν χαλέπ' ἄλγεα πάσχηι.
ὣσ ἔφαθ', οἱ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν 'κλύον ἠδ' ἐπίθοντο, 178 = Η 379
'βὰν δ' ἴμεν εἰσ θάλαμον, 'λαθέτην δέ μιν ἔνδον ἐόντα.
ἦ τοι ὃ μὲν θαλάμοιο μυχὸν κάτα τεύχε' ἐρεύνα,
τὼ δ' ἔσταν ϝεκάτερθε παρὰ σταθμοῖσι μένοντε.
ἔνθ' ὑπὲρ οὐδὸν ἔβαινε Μελάνθιοσ αἰπόλοσ αἰγῶν,
τῆι ἑτέρηι μὲν χειρὶ φέρων καλὴν τρυφάλειαν,
τῆι δ' ἑτέρηι σάκοσ εὐρύτερον, πεπαλαγμένον ἄζηι,
Λαέρτα' ἥρωοσ, ὃ κουρίζων 'φορέεσκε·

175 σειρὴν δὲ πλεκτὴν ἐξ αὐτόο πειρήναντε 175 = 192
κίον' ἀν' ὑψηλὴν ϝερύσαι πελάσαι τε δοκοῖσι, 176 cf. 193

169. οὗτοσ] αὐτὸσ U. || 172. *μεγάρου] -ρων. Cf. vs. 211. || 174. σανίδοσ Bothe] -δασ. — ἐκδῆσαι] (-δασ) ἐϋ δῆσαι vHerwerden, *valvas cubiculi claudendas* dici cum schol. arbitratus. — ὄπισθε] ἵμαντι l. a. (an interpretamentum?) in X. || 175 sq. Del. Duentzer (cum vs. 177). Suus iis locus est infra (vs. 192 sq.), hic autem nisi delentur, vs. 174 intellegi nequit. Similia emblemata sunt vs. 257—259 et 442. || 175 et 192. αὐτόο § 2 et 59] -τοῦ. — πειρήναντε Ryl. G P] -ντεσ F. || 179. (')βὰν G F] βῆ P. || 181. μένοντε Ryl. G P] -ντεσ F. || 182. ἔνθ'(α) F] εὖθ' Ryl. G P (cf. γ 9). || 184. εὐρύτερον G F] εὐρὺ γέρον D W, εὐρὺ γέλον P. Locus non est substantivo γέρον, cui adiectivi vis alibi non tribuitur; sed et comparativus suspicionem movet; *εὐρύ, πάλαι? Litteras γέρον praebere potuit l. a. γέροντοσ pro ἥρωοσ vs. sq. (εὐρὺ γέροντοσ legitur Etym. M. 228, 13), πάλαι autem ante πεπαλαγμένον excidere facile potuit (cf. Π 441). || 185. ἥρωοσ] γέροντοσ X (ut ξ 9). Cf. β 99 τ 144.

173 sq. *Cruribus et brachiis retortis* et in dorso (ὄπισθε) colligatis *eum conicite in gazam, ibique alligate asseri alicui,* — fortasse ei cuius vs. φ 51 facta est mentio. Verbum ἀποστρέφειν sic etiam vs. 190, δεῖν ἐκ ut Κ 475 Χ 398 κ 96. De infinitivi βαλέμεν forma cf. § 126.

175 sq. Cf. vs. 192 sq.

179—187. Ante forem gazae ab utraque parte adstantes opperiuntur Melanthium, qui postquam in intima gaza plura arma quaesivit frustra, tandem unum etiam repperit Laërtae scutum vetus.

184. εὐρύτερον] si sanum (cf. nota crit.), intellegendum est scutum latius quam ea erant, quae Melanthius modo petiverat (vs. 144), ab Ulixis patre, ingentium virium bellatore, olim gestatum (cf. ω 377, 509).

185. Λαέρτα'(ο)] § 55.

— κουρίζων] †, i. q. κοῦροσ ἐών. Cf. κούρητεσ = κοῦροι Τ 193, 248.

δὴ τότε γ' ἤδη ἔκειτο, ῥαφαὶ δ' ἐλέλυντο ἱμάντων.
τὼ δ' ἄρ' ἐπαΐξανθ' ἑλέτην 'ϝέρυσάν τέ μιν εἴσω
κουρίξ, ἐν δαπέδωι δὲ χαμαὶ 'βάλον ἀχνύμενον κῆρ·
σὺν δὲ πόδασ χεῖράσ τε 'δίδεν θυμαλγέϊ δεσμῶι,
εὖ μάλ' ἀποστρέψαντε διαμπερέσ, ὡσ ἐκέλευσε,
σειρὴν δὲ πλεκτὴν ἐξ αὐτόο πειρήναντε 192 = 175
κίον' ἀν' ὑψηλὴν 'ϝέρυσαν 'πέλασάν τε δοκοῖσι. 193 cf. 176
τὸν δ' ἐπικερτομέων προσέφησ, Εὔμαιε συβῶτα· 194ª = Π 744
„νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ, Μελάνθιε, νύκτα φυλάξεισ
εὐνῆι ἔνι μαλακῆι καταλέγμενοσ, ὥσ σε ϝέϝοικε·
οὐδὲ σέ γ' ‚ἠριγένεια παρ' Ὠκεανοῖο ῥοάων 197 sq. cf. ψ 347
λήσει ἐπερχομένη χρυσόθρονοσ', ἡνίκ' ἀγίνεισ
αἶγασ μνηστήρεσσι δόμον κάτα δαῖτα πένεσθαι."

ὣσ ὃ μὲν αὖθ' ἐλέλειπτο ταθεὶσ ὀλοῶι ἐνὶ δεσμῶι·
τὼ δ' εἰσ τεύχεα δύντε, θύρην ἐπιθέντε φαεινήν,

---

191 *υἱὸσ Λαέρταο πολύτλασ δῖοσ Ὀδυσσεύσ.*

---

186. *τότε γ' ἤδη*] *τότ' ἀκηδὲσ* vHerwerden (cf. ζ 26 τ 18 ω 187). ‖ 189. *'δίδεν* § 198] *δέον*. ‖ 191. Om. pap. Oxyrh. 448 G P H n, in marg. habent F U, in textu Ryl. M X (ante vs. 190) D W. ‖ 196. *ὥσ σε (ϝ)έ(ϝ)οικε* P] *ὡσ ἐέοικεν* G¹, *ὡσ ἐπέοικεν* G² F M X K n. ‖ 198. *ἐπερχομενη*] *ἀν*. Ryl. M U K. — *ἀγίνεισ*] *ἀγινεῖσ* Ω (cf. Σ 493). ‖ 200. *ἐνὶ* Ryl. G F] *ὑπὸ* P. ‖ 201. *εἰσ*] **αὖ*? Cf. vs. 114. Non ni·i ω 498 redit locutio, ubi cf. l. a.

---

186. δὴ τότε] cf. N 441.
— ῥαφαὶ — ἱμάντων] *suturae baltei solutae erant*. Cf. M 296 sq.

188. κουρίξ] †, τῆσ κόμησ ἐπιλαβόμενοι (Ar.); cf. ν 14.

189—193. Postquam hominis crura et brachia violenter retorta in dorso constrinxerunt, misere sic cruciatum non solum *alligarunt*, ut iusserat rex (vs. 174), sed etiam gravius quid moliti e columna *suspenderunt* (cf. O 18). Columnis enim fultum erat tectum gazae (cf. τ 38), quod densissimum — gravissimum igitur — esse debuit, ut regis opes bene protegeret a furibus (cf. K 266 sq.) et ab igne.

197. ἠριγένεια] in nomen proprium h. l. et ψ 347 abiit epitheton, ut saepe γλαυκῶπισ, Ὀλύμπιοσ, ϝεκάϝεργοσ, alia. Crudeli autem ioco indulgens Eumaeus auroram verbis poeticis nunc pingit, velutsi rem optatissimam promittat homini miserrime excruciato et animam vix ducenti. Non est verendum ne sero cras expergiscatur hic pastor: vigil cernet Auroram relicto Oceano almum iubar reducentem.

198. ἡνίκ' ἀγίνεισ κτέ.] *quo diei tempore capellas procis adducere soles*. Adv. †, structura ut H 433.

201. Eumaeus et Philoetius clipeos, quos sumserant (cf. vs. 114), aliquantisper posuerunt, ut Melanthium occuparent; nunc denuo sumunt.
— ἐπιθέντε] gazae forem clauserunt denuo; cf. vs. 157 et α 441 sq.

’βήτην εἰσ ’Οδυσῆα δαΐφρονα ποικιλόμητιν.
ἔνθα μένοσ πνείοντεσ ἐφέστασαν, οἳ μὲν ἐπ’ οὐδοῦ
τέσσαρεσ, οἳ δ’ ἔντοσθε δόμου πολέεσ τε καὶ ἐσθλοί.
τοῖσι δ’ ἐπ’ ἀγχίμολον θυγάτηρ Διὸσ ἦλθεν Ἀθήνη, 205sq. = ω502sq.
Μέντορι ϝειδομένη ἠμὲν δέμασ ἠδὲ καὶ αὐδήν. 206 = β 268
τὴν δ’ ’Οδυσεὺσ ’γήθησε ϝιδὼν καὶ μῦθον ἔϝειπε· 207ᵃ = ν 226
„Μέντορ, ἄμυνον ἀρήν, μνῆσαι δ’ ἑτάροιο φίλοιο,
ὅσ σ’ ἀγάθ’ ἐρρέζεσκον· ὁμηλικίη δέ μοί ἐσσι.“
ὣσ ’φάτ’, ὀϊόμενοσ λαοσσόον ἔμμεν’ Ἀθήνην·
μνηστῆρεσ δ’ ἑτέρωθεν ὁμόκλαον ἐκ μεγάροιο. 211 cf. φ 360
πρῶτοσ τήν γ’ ἐνένιπε Δαμαστορίδησ Ἀγέλαοσ·
„Μέντορ, μή σε ϝέπεσσι παραιπεπίθῃσιν ’Οδυσσεὺσ
μνηστήρεσσι μάχεσθαι, ἀμυνέμεναι δὲ ϝοὶ αὐτῶι.
ὧδε γὰρ ἡμέτερόν γε νόον τελέεσθαι ὀΐω·
ὁππότε κεν τούτουσ κτάομεν, πατέρ’ ἠδὲ καὶ υἱόν,
ἐν δὲ σὺ τοῖσιν ἔπειτα πεφήσεαι, οἷα μενοινᾶισ 217 cf. Ν 829
ϝερδέμεν’ ἐν μεγάρωι, σῶι δ’ αὐτοῦ κράατι τίσεισ.
αὐτὰρ ἐπεί χ’ ὑμων γε βίασ ἀφελώμεθα χαλκῶι,
κτήμαθ’ ὁπόσσα τοί ἐστι, τά τ’ ἔνδοθι καὶ τὰ θύρηφι,
τοῖσιν ’Οδυσσῆοσ μεταμίξομεν· οὐδέ τοι υἷασ
ζωέμεν’ ἐν μεγάροισιν ἐάσομεν οὐδὲ θύγατρασ
οὐδ’ ἄλοχον κεδνὴν ’Ιθάκησ κατὰ ϝάστυ πολεύειν.“

202. *ποικιλόμητιν* q] *-μήτην* Ω (cf. § 55 et 83[10]). ‖ 204. *δόμου* G n] *-μων* Ω (*-μοιο* U). ‖ 211. *ὁμόκλαον* § 191] *-κλεον*. — *ἐκ μεγάροιο* G] *ἐν -ροισι* Ryl. F P (ut φ 360). Cf. vs. 172. ‖ 216. *κτάομεν* § 122] *κτέομεν* (F P) vel *κτέωμεν* (H, *κτενέωμεν* G). ‖ 218. *μεγάρωι*] *-ροισ(ι)* Ω. Cf. *B* 137. — *κράατι τίσεισ*] **κράτ’ ἀποτίσεισ*? Cf. v. l. *Δ* 161; *κρατί* est in U, *κράατι* autem est †, plurale *κράατα* tamen extat T 93 (§ 82). ‖ 221. *τοῖσιν* Ryl. G P] *τοῖσι δ’* F.

205. ἐπ’ ἀγχίμολον ... ἦλθεν] cf. h. Ap. 3 ἐπὶ σχεδὸν ἐρχομένοιο.

206. *Mentoris* figuram Minerva induit, ut etiam a Telemacho et ceteris posset cerni. Uni Ulixi si ostendere se voluisset, mulieri ingenti et decorae similis, quae vera ei fuit species, prodiisset. Cf. A 198 ν 288 sq. π 157 sq. ρ 485—487.

209. ὁμηλικίη] cf. Γ 175.

211. ὁμόκλαον] § 191.

213. σε ϝέπεσσι] σ’ ἐπέεσσι Ω.

218. ϝερδέμεν’(αι)] § 125.

219. ἐπεί χ’(κε)] § 326.

— ὕμων] § 92.

222. ζωέμεν’(αι)] § 125.

223. πολεύειν] *liberas versari*. Servas enim faciemus. — Aliter usurpatum participium πολούμεναι in lege Solonis postea significavit puellas non ἐν τῆι γυναικωνίτιδι latitantes neque intra suae domus fines se cohibentes, sed libere, utpote meretrices, inter viros versantes (cf. Lys.

ὣσ 'φάτ', Ἀθηναίη δὲ 'χολώσατο κηρόθι μᾶλλον· 224ᵇ = Φ 136
'νείκεσσεν δ' Ὀδυσῆα χολωτοῖσιν ϝεπέεσσι· 225 cf. ο 210 χ 26
„οὐκέτι σοί γ', Ὀδυσεῦ, μένοσ ἔμπεδον οὐδέ τισ ἀλκή,
οἵη ὅτ' ἀμφ' Ἑλένηι λευκωλένωι ἠϋπατείρηι
εἰνάϝετεσ Τρώεσσιν ἐμάρναο νωλεμὲσ αἰεί,
πολλοὺσ δ' ἄνδρασ ἔπεφνεσ ἐν αἰνῆι δηϊοτῆτι, 229 cf. λ 516
σῆι δ' ἐϝάλω βουλῆι Πριάμου πόλισ εὐρυάγυια.
πῶσ δὴ νῦν, ὅτε σόν γε δόμον καὶ κτήμαθ' ἱκάνεισ,
ἄντα μνηστήρων ὀλοφύρεαι ἄλκιμοσ εἶναι;
ἀλλ' ἄγε δεῦρο, πέπον, παρ' ἔμ' ἵστασο καὶ ϝίδε ϝέργον, 233 = Ρ 179
ὄφρα ϝίδηισ οἷόσ τοι ἐν ἀνδράσι δυσμενέεσσι
Μέντωρ Ἀλκιμίδησ εὐϝεργεσίασ ἀποτίνειν."
ἦ ῥα, καὶ οὔ πω πάγχυ 'δίδου ἑτεραλκέα νίκην, 236ᵇ = Ρ 627
ἀλλ' ἔτ' ἄρα σθένεόσ τε καὶ ἀλκῆσ 'πειρήτιζε
ἠμὲν Ὀδυσσῆοσ ἠδ' υἱοῦ κυδαλίμοιο.
αὐτὴ δ' αἰθαλόεντοσ ἀνὰ μεγάροιο μέλαθρον
ἕζετ' ἀναΐξασα, χελιδόνι ϝεικέλη ἄντην. 240ᵇ cf. φ 411
μνηστῆρασ δ' ὤτρυνε Δαμαστορίδησ Ἀγέλαοσ
Εὐρύνομόσ τε καὶ Ἀμφιμέδων Δημοπτόλεμόσ τε
Πείσανδρόσ τε Πολυκτορίδησ Πόλυβόσ τε δαΐφρων·
οἳ γὰρ μνηστήρων ἀρετῆι ἔσαν ἔξοχ' ἄριστοι, 244 cf. δ 629
ὅσσοι ἔτ' ἔζωον περί τε ψυχῆσ ἐμάχοντο·
τοὺσ δ' ἤδη ἐδάμασσε βιὸσ καὶ ταρφέεσ ἰοί. 246ᵇ = Δ 387

---

227. ἠϋπατείρηι] cf. Ζ 292. || 231. σόν γε G F] σόνδε P. || 234. ὄφρα (ϝ)ίδηισ Ryl. X n] ὄφρ' εἰδῆισ Ω. — ἐν] ἐγὼ μετ' G (fuitne l. a. ἐγὼ μετὰ δυσμενέεσσι?). || 238. υἱοῦ] *υἱοσ (cf. § 78)? || 239. In schol. ad Theocr. XIII 13 sic affertur: αὐτοὶ δ' αἰθαλόεντασ ἀνὰ ῥῶγασ μεγάροιο (cf. vs. 143). — ἀνὰ ... μέλαθρον] ὑπὲρ ... μέλαθρα Etym. M. 565, 36, ὑπὲρ ... μελάθρων Etym. Gud. 15, 56. || 245. *ψυχῆσ] -χέων. Cf. § 56 et Γ 273.

X § 16). Nempe moribus sensim mutatis vix ulla mulieribus honestis Athenis tunc relicta fuit libertas in publicum prodeundi.

228. Cf. α 88 sqq.

— νωλεμὲσ αἰεί] cf. Ι 317.

232. ὀλοφύρεαι ἄλκιμοσ εἶναι] iunctura insolita: *flebili voce optas fortis esse.* Cf. Β 290. Ne proponatur coniectura „ἄλκιμοσ ἔσσο!" dehortatur quae sequitur particula ἀλλά.

236. *Non sane* (= *nondum tamen*) *prorsus certam iis dedit victoriam adversarios in fugam coniciendo.* Cf. Ε 831—834 et infra vs. 298.

239 sq. *Hirundinis* iam sumta figura evolat dea et in tigno tecti considit. Cf. α 320 γ 372 et Γ 151 sq.

241. ὤτρυνε] singularis ut Α 255.

246. τούσ] optimum quemque: Antinoum, (Eurymachum,) Amphinomum, alios plurimos.

τοῖσ δ' Ἀγέλαοσ ἔϝειπε ϝέποσ πάντεσσι πιφαύσκων· 247 = 131
„ὦ φίλοι, ἤδη σχήσει ἀνὴρ ὅδε χεῖρασ ἀάπτουσ· 248 cf. 70
καὶ δή ϝοι Μέντωρ μὲν ἔβη κενέ' εὔγματα ϝειπών,
οἳ δ' οἶοι λείπονται ἐπὶ πρώτηισι θύρηισι.
τῶι νῦν μή ϝ' ἅμα πάντεσ ἐφίετε δούρατα μακρά,
ἀλλ' ἄγεθ' οἳ ϝὲξ πρῶτον ἀκοντίσατ', αἴ κέ ποθι Ζεὺσ 252[b] = Α 128
δώηι Ὀδυσσῆα βλῆσθαι καὶ κῦδοσ ἀρέσθαι.
τῶν δ' ἄλλων οὐ κῆδοσ, ἐπεί χ' οὗτόσ γε πέσηισι."
ὣσ ἔφαθ'· οἳ δ' ἄρα πάντεσ ἀκόντισαν, ὡσ ἐκέλευε,
ϝιέμενοι· τὰ δὲ πάντα ἐτώσια 'θῆκεν Ἀθήνη. 256 cf. 273
αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ δούρατ' ἀλεύαντο μνηστήρων,
τοῖσ' ἄρα μύθων ἦρχε πολύτλασ δῖοσ Ὀδυσσεύσ· 261 = ω 490
„ὦ φίλοι, ἤδη μέν κεν ἐγὼ ϝείποιμι καὶ ἧμιν
μνηστήρων ἐσ ὅμιλον ἀκοντίσαι, οἳ μεμάασι
ἡμέασ ἐξεναρίξαι ἐπὶ προτέροισι κακοῖσι."
ὣσ ἔφαθ', οἳ δ' ἄρα πάντεσ ἀκόντισαν ὀξέα δοῦρα
ἄντα τιτυσκόμενοι· Δημοπτόλεμον μὲν Ὀδυσσεύσ, 266[a] cf. φ 48
Εὐρυϝάδην δ' ἄρα Τηλέμαχοσ, Ἔλατον δὲ συβώτησ,
Πείσανδρον δ' ἄρ' ἔπεφνε βοῶν ἐπιβουκόλοσ ἀνήρ.

---

257 *τῶν ἄλλοσ μὲν σταθμὸν ἐϋσταθέοσ μεγάροιο* 257-259 = 274 sqq.
'βεβλήκειν, ἄλλοσ δὲ θύρην πυκινῶσ ἀραρυῖαν, 257 cf. 120
ἄλλου δ' ἐν τοίχωι μελίη 'πέσε χαλκοβάρεια. 257[b] = Σ 374

---

247. *τοῖσ δ'*] *τοῖσ'* (cf. § 60)? — *Ἀγέλαοσ* H M D U² L W] *-λεωσ* Ryl. G F P (cf. vs. 131). — *ἔ(ϝ)ειπε(ν)* HStephanus] *μετέειπεν* Ω (cf. vs. 131). ‖ 249. *κενέ'* (*-εὰ*) P] *κενὰ* G F (cf. § 38). ‖ 251. *μή*] *μηδ'* pap. Oxyrh. 448. — **ϝ'(οι)*] addidimus, ut *ἐφίετε* (pro quo *ἀφίετε* edi solet) servari posset. ‖ 252. *πρῶτον*] *-τοι* Naber. ‖ 253. *βλῆσθαι*] *βαλέμεν* vHerwerden. ‖ 257—259. Quidam (Ar.?) ——. Cf. vs. 175 sq. ‖ 262. *ἤδη*] *ἦ τοι* Ryl. ‖ 265. *ὀξέα δοῦρα* Ryl. G F] *ὀξέϊ χαλκῶι* P (cf. α 99), *ὡσ ἐκέλευεν* M.

— ἐδάμασσε] singularis ita est usurpatus ut Α 255.

249. Mentorem non iam adesse vident, deam adfuisse non senserunt, aviculam supra in tecti tigno sedentem non animadvertunt, aut si vident, non curant.

251. ϝ'(οι)] § 13.

— ἅμα πάντεσ] *duodecim* iis sunt hastae (cf. vs. 144).

252. οἳ ϝὲξ] quos poeta vellet viros fortiores sex, dixit vs. 241 sq.

253. Mutatur subiectum (*Ulixem occidi et nos victoriam referre*), ut Ο 558 β 227 al.

254. ἐπεί χ'(κε)] § 326.

255. πάντεσ] *sex illi.*

262 sq. *Nunc dixerim et nobis hastas in adversarios esse coniciendas.*

262. ἧμιν] § 92.

266—268. Recesserunt sex illi, qui modo hastas frustra coniecerunt: alios igitur feriunt Ulixes et eius sodales.

οἳ μὲν ἔπειϑ' ἅμα πάντεσ ὀδὰξ ἕλον ἄσπετον οὖδασ, 269ᵇ = Τ 61
μνηστῆρεσ δ' ἀνεχώρησαν μεγάροιο μυχόνδε·
τοὶ δ' ἄρ' ἐπήϊξαν, νεκύων δ' ἒξ ἔγχε' ἕλοντο.
αὖτισ δὲ μνηστῆρεσ ἀκόντισαν ὀξέα δοῦρα
ϝιέμενοι· τὰ δὲ πολλὰ ἐτώσια 'ϑῆκεν Ἀϑήνη. 273 cf. 256
τῶν ἄλλοσ μὲν σταϑμὸν ἐϋσταϑέοσ μεγάροιο 274-276 = 257 sqq.
'βεβλήκειν, ἄλλοσ δὲ ϑύρην πυκινῶσ ἀραρυῖαν,
ἄλλου δ' ἐν τοίχωι μελίη 'πέσε χαλκοβάρεια.
Ἀμφιμέδων δ' ἄρα Τηλέμαχον 'βάλε χεῖρ' ἐπὶ καρπῶι 277ᵇ cf. Ε 458
λίγδην, ἄκρην δὲ ῥινὸν 'δηλήσατο χαλκόσ.
Κτήσιπποσ δ' Ἐὔμαιον ὑπὲρ σάκοσ ἔγχεϊ μακρῶι
ὦμον ἐπέγραψεν· τὸ δ' ὑπέρπτατο, 'πίπτε δ' ἔραζε.
τοὶ δ' αὖτ' ἀμφ' Ὀδυσῆα δαΐφρονα ποικιλόμητιν 281 cf. Λ 482
μνηστήρων ἐσ ὅμιλον ἀκόντισαν ὀξέα δοῦρα.
ἔνϑ' αὖτ' Εὐρυδάμαντα 'βάλε πτολίπορϑοσ Ὀδυσσεύσ,
Ἀμφιμέδοντα δὲ Τηλέμαχοσ, Πόλυβον δὲ συβώτησ·
Κτήσιππον δ' ἄρ' ἔπειτα βοῶν ἐπιβουκόλοσ ἀνὴρ
'βεβλήκει πρὸσ στῆϑοσ, ἐπευχόμενοσ δὲ προσηύδα·
„ὦ Πολυϑερσεΐδη φιλοκέρτομε, μή ποτε πάμπαν
ϝείκων ἀφραδίηι μέγα ϝειπέμεν', ἀλλὰ ϑεοῖσι
μῦϑον ἐπιτρέψαι, ἐπεὶ ἦ πολὺ φέρτεροί εἰσι. 289ᵇ = Κ 557
τοῦτό τοι ἀντὶ ποδὸσ ξεινήϊον, ὅν τότ' ἔδωκασ

270. ἀνεχώρησαν F] ἂρ ἐχώρησαν Ryl. G P. || 278. ἄκρην pap. Oxyrh. 448] -ον G F P. || 279. ἔγχεϊ μακρῶι] ὀξέϊ χαλκῶι Ryl. || 281. ποικιλόμητιν q n (-μῆτιν)] -μήτην Ω (cf. § 55 et 83[10]). || 283. Εὐρυδάμαντα G F] -μέδοντα P. || 287. Πολυϑερσεΐδη φιλοκέρτομε] φίλε Θερσείδη φ. U, Π. πολυκέρτομε pap. Oxyrh. 448 M. || 288. ἀφραδίηι Nauck] -ηισ (cf. § 57). || 290. τότ' Axt] ποτ'. Cf. φ 99.

272—280. Sex etiam hastae procis erant; quibus coniectis nihilo plus efficiunt quam prioribus illis. Quamquam *aliquid certe* (δ' ἄρα) vulneris fecerunt: Telemachi brachium et Eumaei humerus *strictim* (cf. Ρ 599) derasi sunt potius quam laesi. Sic Xenophon (Anab. I 8 § 20) praelium quod ad Cynaxam est habitum enarrans refert plurimos illos Artaxerxis currus falciferos in Graecos immissos nihil detrimenti iis intulisse; unum quidem militem percussum esse, sed et hunc vita salva evasisse.

280. ὑπέρπτατο] § 216.

287. ὦ Πολυθερσεΐδη φιλοκέρτομε] *o Polythersis fili iocose!* Acerbe irridentis verba. Nam nomine patronymico compellari honorificum erat (cf. Κ 68 sq.), at „ioci", quibus Ctesippus Ulixem modo petivit, cuiusmodi fuissent meminerant omnes.

288. ϝειπέμεν'(αι)] § 125.

290. τότ'(ε)] *modo*. Cf. υ 287—300.

ἀντιθέωι Ὀδυσῆϊ δόμον κάτ' ἀλητεύοντι."
ἦ ῥα βοῶν ϝελίκων ἐπιβουκόλοσ. αὐτὰρ Ὀδυσσεὺσ
οὖτα Δαμαστορίδην αὐτοσχεδὸν ἔγχεϊ μακρῶι· 293ᵇ = Tyrt. fr. 11[29]
Τηλέμαχοσ δ' Εὐηνορίδην Λιόκριτον οὖτα
δουρὶ μέσον κενεῶνα, διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε· 295ᵇ = Ν 388
ἤριπε δὲ πρηνήσ, χθόνα δ' ἤλασε παντὶ μετώπωι. 296ᵃ = Ε 58 296ᵇ = 94

δὴ τότ' Ἀθηναίη φθισίμβροτον αἰγίδ' ἀνέσχε
ὑψόθεν ἐξ ὀροφῆσ, τῶν δὲ φρένεσ ἐπτοίηθεν· 298ᵃ cf. β 147
οἱ δ' ἐφέβοντο κατὰ μέγαρον βόεσ ὣσ ἀγελαῖαι,
τὰσ μέν τ' αἰόλοσ οἶστροσ ἐφορμηθεὶσ ἐδόνησε
ὥρηι ϝεαρινῆι, ὅτε τ' ἤματα μακρὰ πέλονται. 301 = σ 367
οἱ δ', ὥσ τ' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχεσ ἀγκυλοχῆλαι 302 = Π 428
ἐξ ὀρέων ἐλθόντεσ ἐπ' ὀρνίθεσσι θόρωσι, — 303ᵃ cf. τ 538
ταὶ μέν τ' ἐν πεδίωι νέφεα πτώσσουσαι ἵενται,

291. *κάτ' ἀλητεύοντι*] **κάτα αἰτίζοντι*? Cf. § 3. || 294. *Λιόκριτον*] cf. *Ρ* 344. || 298. *ἐξ ὀροφῆσ* Ryl. G² F P] *ἐκ κορυφῆσ* G¹ M X U n (ut *β* 147). Vox *ὀροφή* †. || 299. *ἐφέβοντο* Ryl. G P] *-ροντο* F (cf. *Ο* 743 al.). || 301. *ὥρηι* Bentley] *ὥρηι ἐν*. Cf. *Β* 471. || 302. *ἀγκυλοχῆλαι* U²] *-χεῖλαι Ω* (cf. *Π* 428). || 304. *ἵενται*] neglecto *ϝ* (cf. § 201).

292 sqq. Iamque impetu facto reliquos procos in interiore megari parte confoderunt.

296. πρηνήσ] vehementi hastae ictu pars eius corporis inferior pulsa superiori veluti subducitur.

297 sq. Sua resumta figura (cf. vs. 239 sq.) dea miseris mortalibus, quibus instat mors, ἐπισσείει αἰγίδα et Ulixi dat ἑτεραλκέα νίκην (cf. vs. 236). De *aegide*, cuius mentionem poeta Odysseae non nisi h. l. et in Iovis epitheto αἰγιόχωι (γ 42 al.) fecit, quippe praeliis pingendis alibi non immoratus, cf. Δ 167 Β 447—449.

299—301. Cf. Verg. Georg. III 146—151.

299. βόεσ ὣσ] § 101.

300. οἶστροσ] †, *asilus*.

301. ϝεαρινῆι] § 21.

302—306. Aves rapaces e saltibus montium, ubi nidum habent (ὅθι σφιν γενεή τε τόκοσ τε, ut dicitur ο 175), in campos identidem provolant venatum; quibus adspectis aves quae in aperto erant nubes petunt, ut solent ardeae aliaeque aves quibus instat falco, veritae ne superior hic factus in eas se deiciat. Sed frustra sunt, neque enim effugere possunt neque ab hostibus se defendere. Delectantur autem agricolae motus varios fugientium persequentium spectantes, — an: gaudent imminutum sic numerum praedonum alatorum arvis consitis insidiantium? — ut nunc dea procos irridens trepidos. Cum verbis χαίρουσι δέ τ' ἀνέρεσ ἄγρηι sic interiectis cf. Ζ 106 γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ.

302. γαμψώνυχεσ ἀγκυλοχῆλαι] cf. Χ 203.

304. νέφεα ... ἵενται] cum verbo (ϝ)ἵεσθαι h. l. coniungitur accusativus, Λ 168 genitivus. Fuere qui νέφεα

οἱ δέ τε τὰσ ὀλέκουσ' ἐπιάλμενοι, οὐδέ τισ ἀλκὴ
γίγνεται οὐδὲ φυγή, χαίρουσι δέ τ' ἀνέρεσ ἄγρηι, —
ὣσ ἄρα τοὶ μνηστῆρασ ἐπεσσυμένοι κατὰ δῶμα
'τύπτον ἐπιστροφάδην· τῶν δὲ στόνοσ ὤρνυτ' ἀϝεικὴσ 308 cf. *K* 483 ω 184
κράτων τυπτομένων, δάπεδον δ' ἅπαν αἵματ' ἔθυε. 309 = ω 185 309^b = λ 420
Λῃοϝάδησ δ' Ὀδυσῆοσ ἐπεσσυμένοσ 'λάβε γούνων, 310 cf. 342
καί μιν λισσόμενοσ ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα· 311 sq. = 343 sq. cf. Φ 73 sq.
„γουνάομαί σ', Ὀδυσεῦ· σὺ δέ μ' αἴδεο καί μ' ἐλέησον. 311 = 366 h. Ven. 185
οὐ γάρ πώ τινα φημὶ γυναικῶν ἐν μεγάροισι 313^a = δ 141
ϝειπέμεν' οὐδέ τι ῥέξαι ἀτάσθαλον, ἀλλὰ καὶ ἄλλουσ
'παύεσκον μνηστῆρασ, ὅ τισ τοιαῦτά γε ῥέζοι· 315^b = Ψ 495
ἀλλά μοι οὐ 'πείθοντο κακῶν ἄπο χεῖρασ ἔχεσθαι.
τῶι καὶ ἀτασθαλίηισιν ἀϝεικέα πότμον ἐπέσπον· 317 = 416
αὐτὰρ ἐγὼ μετὰ τοῖσι θυοσκόοσ, οὔ τι ϝεϝοργώσ,
κείσομαι. ὣσ οὐκ ἔστι χάρισ μετόπισθ' ἐῢ ϝερκτῶν.“ 319 cf. δ 695
τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ϝιδὼν προσέφη πολύμητισ Ὀδυσσεύσ·
„εἰ μὲν δὴ μετὰ τοῖσι θυοσκόοσ εὔχεαι εἶναι,

310. *Λῃοϝάδησ*] cf. *P* 344. ‖ 311. *λισσόμενοσ*] *φωνήσασ* Ryl. ‖ 312. *γουνάομαι* § 144] *-οῦμαι*. ‖ 318. *οὔ τι* § 100] *οὐδὲν*. ‖ 319. *ὣσ* (*ὧσ*) Barnes] *ὡσ*. — *ἐῢ ϝερκτῶν* § 73] *ἐϋεργέων*.

interpretarentur τὰ λίνα, non *lingua* invita — νεφέλαι certe retium species postea dicta est (cf. Ar. Av. 194, 528) — sed *contextu*, decepti videlicet voce ἄγρηι vs. 306. Et aliter in partem doctiorem peccans Dacieria cogitabat falcones *venatorios* aviculas in casses urgentes (coll. Aristot. Hist. Animal. IX 36 § 4 Aelian. Hist. Animal. IV 26). Cui adstipulati sunt Knight aliique haud pauci.

306. φυγή] cf. κ 117.

309. κράτων] § 82.

— αἵματ'(ι) ἔθυε] *sanguine fumabat*. Cf. ν 85 et de dativo αἵματι eliso § 13.

310—329. Supplicibus parci solebat; sed iusto furore nunc fervet Ulixes, ut Agamemnon Z 62. Cf. ξ 276—279. Leoades autem non malus quidem fuit homo, communi tamen culpa tenebatur. Itaque Ulixes eum quoque trucidans iudice poeta saeviorem aequo se non praestitit. Parcere autem poeta ei non poterat, quia procos omnes interemtos ferebat fabula vetusta; ingentis autem quem pinxit furoris heroi veniam quandam dedit, ab ipsa Minerva stimulatum identidem dicendo (σ 347 sq. χ 226 sqq.).

310. 'λάβε γούνων] cf. A 500.

313 sq. τινα . . . ϝειπέμεν'(αι)] cf. E 170 et de infinitivi forma § 125.

315 sq. Simillima defensione usus Andocides „adfui sane" ait „convivio „illi, in quo consilium hermas muti„landi ceperunt sodales, sed ut „cohiberent manus iis auctor fui" (Andoc. I § 61). Ille haud sane probabiliter; Leoaden vero haud falsa de se praedicasse ipse poeta testatus est φ 146 sq.

πολλάκι που μέλλεισ ἀρήμεναι ἐν μεγάροισι
τηλόθ' ἐμοὶ νόστοιο τέλοσ γλυκεροῖο γενέσθαι,
σοὶ δ' ἄλοχόν τε φίλην σπέσθαι καὶ τέκνα τεκέσθαι.
τῶι οὔ κεν θάνατόν γε δυσηλεγέα προφύγοισθα."
ὣσ ἄρα φωνήσασ ξίφοσ εἵλετο χειρὶ παχείηι
κείμενον, ὅ ῥ' Ἀγέλαοσ ἀποπροέηκε χαμᾶζε
κτεινόμενοσ· τῶι τόν γε κατ' αὐχένα μέσσον ἔλασσε, 328ᵇ cf. Κ 455
φθεγγομένου δ' ἄρα τοῦ γε κάρη κονίηισιν ἐμίχθη. 329 = Κ 457
Τερπιάδησ δ' ἔτ' ἀοιδὸσ ἀλύσκανε κῆρα μέλαιναν 330ᵇ cf. 363, 382
Φήμιοσ, ὅσ ῥ' ἤειδε μετὰ μνηστῆρσιν ἀνάγκηι. 331 cf. α 154
ἔστη δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων φόρμιγγα λιγεῖαν
ἄγχι παρ' ὀρσοθύρην· δίχα δὲ φρεσὶ 'μερμήριζε,
ἢ ἐκδὺσ μεγάροιο Διὸσ μεγάλου ποτὶ βωμὸν
ἑρκείου ἵζοιτο τετυγμένον, ἔνθ' ἄρα πολλὰ
Λαέρτησ Ὀδυσεύσ τε βοῶν ἐπὶ μηρί' ἔκηαν,
ἢ γούνων λίσσοιτο προσαΐξασ Ὀδυσῆα. 337ᵃ = ζ 142
ὧδε δέ ϝοι φρονέοντι 'δοάσσατο κέρδιον εἶναι· 338 = Ν 458
γούνων ἅψασθαι Λαερτιάδα' Ὀδυσῆοσ.
ἦ τοι ὃ φόρμιγγα γλαφυρὴν κατέθηκε χαμᾶζε
μεσσηγὺ κρητῆροσ ἰδὲ θρόνου ἀργυροήλου,
αὐτὸσ δ' αὖτ' Ὀδυσῆα προσαΐξασ 'λάβε γούνων 342 cf. 310

322. *που* Ryl. F] *μου* G P. ‖ 323. *ἐμοὶ* Ryl. G F] *ἐμοῦ* P. ‖ 327. *χαμᾶζε*] *φέρεσθαι* G¹ (cf. τ 468). ‖ 329. Om. P, in marg. habet H. ‖ 335. *ἵζοιτο* Ryl. F] *ἕζοιτο* G P. ‖ 336. *ἔκηαν*] *ἔκαιον* Ryl.

322. *Saepe opinor precatus es.* Cf. N 776 sq. et de infinitivo ἀρήμεναι § 195.

323. *Ut procul mihi abesset reditus = ut nunquam redirem.* Ad *tempus* neque alibi neque hoc loco refertur τηλόθι, sed permixtae sunt duae notiones: *ut diu etiam abessem* et: *ut procul a patria manerem (perirem).* De forma τηλόθι cf. § 322.

324. σπέσθαι] § 247.

325. οὔ κεν] § 326.

329. κονίηισιν] ut η 153 al.; cf. etiam infra vs. 383. Minime hinc (aut aliunde, cf. φ 262) sequitur solum megari neglegentius constratum neque iustis *lapidibus* iustove *pavimento*, quale habuit megaron regiae *Tirynthiae*, tectum fuisse.

333—336. Dubitavit Phemius an per ὀρσοθύρην evadere conaretur. Nam hoc quin voluerit poeta, licet diserte non dixerit, dubitare non sinit nos mentio τῆσ ὀρσοθύρησ, alioquin inutilis. Qua via in *publicum* quidem aufugere se non posse intellexit (cf. vs. 126—140), sed spes erat ad *aram* Iovis ἑρκείου in media aula collocatam (cf. Λ 774) perveniendi.

335. ἑρκείοι'(ο)] § 59.

337—344. Cf. A 500 et ζ 141—149.

339. Λαερτιάδα'(ο)] § 55.

καί μιν λισσόμενοσ ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα· 343 sq. = 311 sq.
„γουνάομαί σ', Ὀδυσεῦ· σὺ δέ μ' αἴδεο καί μ' ἐλέησον.
αὐτῶι τοι μετόπισθ' ἄχοσ ἔσσεται, εἴ κεν ἀοιδὸν 345ª = Ι 249
πέφνηισ, ὅσ τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀείδω.
αὐτοδίδακτοσ δ' εἰμί, θεὸσ δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμασ
παντοίασ ἐνέφυσε· ϝέϝοικα δέ τοι παραείδειν
ὥσ τε θεῶι. τῶι μή με λιλαίεο δειροτομῆσαι.
καί κεν Τηλέμαχοσ τά γε ϝείποι, σὸσ φίλοσ υἱόσ,
ὡσ ἐγὼ οὔ τι ϝεκὼν εἰσ σὸν δόμον οὐδὲ χατίζων
'πωλεόμην μνηστῆρσιν ἀεισόμενοσ μετὰ δαῖτασ,
ἀλλὰ πολὺ πλέονεσ καὶ κρείσσονεσ ἦγον ἀνάγκηι."
ὣσ φάτο· τοῦ δ' ἤκουσ' ἱερὴ ϝὶσ Τηλεμάχοιο,
αἶψα δ' ἑϝὸν πατέρα προσεφώνεεν ἐγγὺσ ἐόντα· 355 cf. Δ 346
„ἴσχεο, μηδέ τι τοῦτον ἀναίτιον οὔταε χαλκῶι.

344. γουνάομαι § 144] -οῦμαι. || 350. τά γε Nauck] τάδε γ' Ω, τάδε Bentley. || 352. δαῖτασ G] -τα Ryl. F P.

345—349. *Cantorem* quoque necari, hominem sacrosanctum (cf. Α 8 sq.) et prorsus insontem, id quidem nefas erat; structura verborum ὅσ... ἀείδω vs. 346 ut Ω 520 sq.

347. αὐτοδίδακτοσ] †; vates ab ipsa Musa, non a magistro aliquo, instructum esse se gloriatur et carmina non prius audita canere. De adiectivi vi cf. ι 107. Particula δέ non obicientis est, sed potius = γάρ, ut Ω 611 et passim. — Est aliquid inter Iliadis poetam carminis exordio „Musam canere" iubentem et „ipsum se nihil scire" professum (Α 1 et Β 486), atque poetam Odysseae, qui „sibi ut Musa carminis materiem praeberet" primis carminis verbis precatus est et cantores „a Musa edoctos" nunc vocat. In illo carmine poeta pone Musam latitat, in Odyssea suo nomine prodit et a Musa se ceterosque cantores e vulgo hominum exemtos libere profitetur. Ceterum conferantur haec verba Caueri: „sentiebat Homerus id quod nostris demum diebus „demonstratum est, homines non ea „quae velint cogitare semper, sed „multa in mentem veluti a numine „aliqua missa incidere" (Grundfr.[2] 335).

— οἴμασ] cf. Γ 417.

348. ϝέϝοικά... τοι παραείδειν] brevius haec sunt dicta pro: *decet me apud te manere, ut veluti deum carminibus te celebrem*. Compos. παραείδειν †; cf. linguae sacralis vocabula (non Homerica) πάρεδροσ, παράσιτοσ.

352. 'πωλεόμην] § 191.

— ἀεισόμενοσ μετὰ δαῖτασ] *ut inter cenas iis luderem et canerem*. Vox δαίσ non solum dapum vinique complectitur notiones, sed et cantus ludique; τὰ γὰρ ἀναθήματα δαιτόσ (α 152).

356. οὔταε] § 150[9].

καὶ κήρυκα Μέδοντα σαώσομεν, ὅσ τέ μ' αἰεὶ
ϝοίκωι ἒν ἡμετέρωι 'κηδέσκετο παιδὸσ ἐόντοσ, —
εἰ δὴ μή μιν ἔπεφνε Φιλοίτιοσ ἠὲ συβώτησ
ἠὲ σοὶ ἀντεβόλησεν ὀρινομένωι κατὰ δῶμα.“ 360[b] cf. 23
ὣσ 'φάτο, τοῦ δ' ἤκουσε Μέδων πεπνυμένα ϝειδώσ·
πεπτηὼσ γὰρ ἔκειτο ὑπὸ θρόνον, ἀμφὶ δὲ δέρμα
'ϝέστο βοὸσ νεόδαρτον, ἀλύσκων κῆρα μέλαιναν. 363[b] = 382 cf. 330
αἶψα δ' ὑπὸ θρόνου ὦρτο, βοὸσ δ' ἀπέδυνε βοείην,
Τηλέμαχον δ' ἄρ' ἔπειτα προσαΐξασ 'λάβε γούνων
καί μιν λισσόμενοσ ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα· 366 = 311
„ὦ φίλ', ἐγὼ μὲν ὅδ' εἰμί· σὺ δ' ἴσχεο, ϝειπὲ δὲ πατρί,
μή με περισθενέων δηλήσεται ὀξέϊ χαλκῶι,
ἀνδρῶν μνηστήρων κεχολωμένοσ, οἵ ϝοι ἔκειρον
κτήματ' ἐνὶ μεγάρωι, σὲ δὲ νήπιοι οὔ τι ἔτιον.“
τὸν δ' ἐπιμειδήσασ προσέφη πολύμητισ 'Οδυσσεύσ· 371 = *K* 400
„θάρσε', ἐπεὶ δή σ' οὗτοσ ἐρύσατο ἠδ' ἐσάωσε, 372[b] cf. *O* 290
ὄφρα γνῶισ κατὰ θυμόν, ἀτὰρ ϝείπῃσθα καὶ ἄλλωι,
ὡσ κακοϝεργίησ εὐϝεργεσίη μέγ' ἀμείνων.
ἀλλ' ἐξελθόντεσ μεγάρων ἕζεσθε θύραζε
ἐκ φόνου εἰσ αὐλήν, σύ τε καὶ πολύφημοσ ἀοιδόσ,
ὄφρα κ' ἐγὼ κατὰ δῶμα πονήσομαι οὗ τεό με χρή.“

---

364. *ὑπὸ* G P] *ἀπὸ* Ryl. L. — *βοὸσ*] *θοῶσ* l. a. in H K. Cf. *P* 389 *Σ* 582. ‖ 369. *ἔκειρον*] -*ραν* F. ‖ 370. *μεγάρωι* G P] -*ροισ* Ryl., -*ροισι* F. Cf. *B* 137. — *οὔ τι* § 100] *οὐδὲν*. ‖ 372. *ἠδ'(ἐ)* Bekker] *καί*. Cf. *O* 290. ‖ 373. *ὄφρα γνῶισ*] **ὡσ γνώῃσ*? Cf. § 122. — *ἄλλωι*] -*οισ* F; cf. § 60. ‖ 375. *μεγάρων*] -*ροι'(ο)*? Cf. vs. 370 et 378. — *ἕζεσθε θύραζε*] *εὖ ναιεταόντων* Athen. 189 *f*. ‖ 377. *οὗ τεο* § 102] *ὅττεο*.

357—374. Cf. π 412. Etiam *praecones*, ut *cantores*, erant sacrosancti (cf. A 334).

362 sq. Mirum quod poeta fingere potuit in ipso megaro, inter dapes et pocula cenantium, praeconi pellem bovis caesi „recens detractam" praesto fuisse, sub qua latitaret. Ab illius igitur aevi moribus tale quid non abhorrebat neque ultimae barbariei esse aut ipsi aut auditoribus est visum. Cf. autem α 108 υ 2, 299 sq. et de ipso artificio δ 440.

364. βοὸσ … βοείην] cf. P 389 et A 598.

365. Cf. A 500.

367. ὅδ'(ε)] = *hoc loco*. Cf. Γ 391.

368. περισθενέων] †, *ingenti suo robore usus*.

372. θάρσε'(ε)] § 191.

374. κακοϝεργίησ] § 54.

375 sq. Constructio ad sensum; *ex aedibus foras ite in aulam et extra caedem*, i. e extra caesorum corpora et cruorem (cf. K 298) in aula consistite.

377. ὄφρα κ'(ε)] § 326.
— οὗ τεό με χρή] cf. I 75 sq.

ὣσ ’φάτο, τὼ δ’ ἔξω ’βήτην μεγάροιο κιόντε·
ἑζέσθην δ’ ἄρα τώ γε Διὸσ μεγάλου ποτὶ βωμόν,
πάντοσε παπταίνοντε, φόνον ποτιδεγμένω αἰεί. 380ª cf. Ν 649

’πάπτηνεν δ’ Ὀδυσεὺσ καθ’ ἑϝὸν δόμον, εἴ τισ ἔτ’ ἀνδρῶν
ζωιὸσ ὑποκλοπέοιτο ἀλύσκων κῆρα μέλαιναν· 382ᵇ = 363
τοὺσ δ’ ἔϝιδεν μάλα πάντασ ἐν αἵματι καὶ κονίηισι
πεπτεότασ πολλοὺσ ὥσ τ’ ἰχθύασ, οὕσ θ’ ἁλιῆεσ
κοῖλον ἐσ αἰγιαλὸν πολιῆσ ἔκτοσθε θαλάσσησ
δικτύωι ἐκϝέρυσαν πολυωπῶι, τοὶ δέ τε πάντεσ
κύμαθ’ ἁλὸσ ποθέοντεσ ἐπὶ ψαμάθοισι κέχυνται·
τοὺσ μέν τ’ ἠέλιοσ φαέθων ἐξείλετο θυμόν.
ὣσ τότ’ ἄρα μνηστῆρεσ ἐπ’ ἀλλήλοισ’ ἐκέχυντο.
δὴ τότε Τηλέμαχον προσέφη πολύμητισ Ὀδυσσεύσ·
„Τηλέμαχ’, εἶ δ’ ἄγε μοι κάλεσον τροφὸν Εὐρυκλέειαν,
ὄφρα ϝέποσ ϝείπωμι τό μοι καταθύμιόν ἐστι.“
ὣσ ’φάτο· Τηλέμαχοσ δὲ φίλωι ἐπεπείθετο πατρί, 393 = τ 14
κινήσασ δὲ θύρην προσέφη τροφὸν Εὐρυκλέειαν· 394ᵇ = τ 15
„δεῦρο δὴ ὄρσο, γρῆϋ παλαιγενέσ, ἣ τε γυναικῶν

---

378. *κιόντε* Ryl. G F] *-τεσ* P. ‖ 379. *ποτὶ*] *παρὰ* X n. ‖ 381. *εἴ*] *μή* M¹. ‖ 384. *πεπτεότασ* X] *-εῶτασ* G P, *-ηῶτασ* Ryl., *-ηότασ* F. ‖ 385. *κοῖλον*] *λευρὸν* Nauck (ut η 123), *κόϊλον* adiectivi formam Homericam ratus (cf. Apoll. Pron. 111 Synt. 7 Herod. *π. μον. λέξ.* 20). Hoc uno loco Homerico syllaba *κοῖ-* in arsi est. Etiam *ἠϊόν’ εἰσ κόϊλον* tentari potest. ‖ 386. **τοὶ*] *οἳ* (cf. § 14). ‖ 388. **τοὺσ*] *τῶν* (cf. Ο 460 Ρ 678 et Δ 430). ‖ 391. *εἶ δ’*] cf. Α 302. ‖ 392. *ϝείπωμι* Wolf] *-οιμι* (cf. τ 490 et § 112).

---

379. De Iovis ἑρκείου ara cf. vs. 333—336 et Λ 774.

382. ὑποκλοπέοιτο] †, *surripere se conaretur.*

383. πάντασ ... πολλοὺσ] *cunctos et bene multos quidem* (plus centum). — Cf. πάντα ... εὐρέα ω 118.

— ἐν κονίηισι] cf. vs. 329 et η 153.

384—388. Cf. Π 407.

385. κοῖλον ἐσ αἰγιαλὸν] *in sinum maris,* ubi acclive est littus (cf. κοῖλοσ λιμήν κ 92). Ibi in arena pisces iacent capti, anheli paullisper et subsultantes, mox rigidi. Cf. Π 406—408

387. κέχυνται] cf. Ε 141.

391 et 394. Εὐρυκλέειαν] § 73.

392. τό μοι καταθύμιόν ἐστι] *quod in mente habeo.* Cf. Κ 383.

394. θύρην] dicitur megari foris postica (cf. φ 236). Quae *duplex* fuit, sed quia altera nunc valva movetur sola, singulari numero poeta utitur. Aliam ob causam foris duplex singulari numero indicata est Ω 317. — Suis verbis rem ipsa anus refert ψ 43.

395—397. Verbis gravibus et honorificis iuvenis iam affatur fidam et dilectissimam sibi nutricem, quam mutam et metu perculsam modo a se dimisit (cf. φ 386): nunc ei affert nuntium laetissimum et plane — ut quidem ipse putat — inexpectatum,

δμωιάων σκοπόσ ἐσσι κατὰ μέγαρ' ἡμετεράων.
ἔρχεο· κικλήσκει σε πατὴρ ἐμόσ, ὄφρα τι ϝείπηι.“
    ὣσ ἄρ' ἐφώνησεν, τῆι δ' ἄπτεροσ ἔπλετο μῦθοσ· 398 = ρ 57
ὤϊξεν δὲ θύρασ μεγάρων εὖ ναιεταόντων, 399ᵃ = α 436
'βῆ δ' ἴμεν', αὐτὰρ Τηλέμαχοσ πρόσθ' ἡγεμόνευε. 400ᵇ = ω 155
ηὗρεν ἔπειτ' Ὀδυσῆα μετὰ κταμένοισι νέκυσσι 401 cf. ψ 45
αἵματι καὶ λύθρωι πεπαλαγμένον ὥσ τε λέοντα, 402 = ψ 48
ὅσ ῥά τε βεβρωκὼσ βοὸσ ἔρχεται ἀγραύλοιο, 402ᵃ = Ζ 268
πᾶν δ' ἄρα ϝοι στῆθόσ τε παρήϊά τ' ἀμφοτέρωθε 404ᵇ sq.ᵃ cf. Π 159
αἱματόεντα πέλει, δϝεινὸσ δ' εἰσ ὦπα ϝιδέσθαι·
ὣσ Ὀδυσεὺσ 'πεπάλακτο πόδασ καὶ χεῖρασ ὕπερθε. 406ᵇ = Ε 122
ἡ δ' ὡσ οὖν νέκυάσ τε καὶ ἄσπετον εἰσέϝιδ' αἷμα,
ἴθυσέν ῥ' ὀλολῦξαι, ἐπεὶ μέγα εἴσϝιδε ϝέργον·
ἀλλ' Ὀδυσεὺσ κατέρυκε καὶ ἔσχεθε ϝιεμένην περ, 409 cf. δ 284
καί μιν φωνήσασ ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα·
    „ἐν θυμῶι, γρηῦ, χαῖρε καὶ ἴσχεο μηδ' ὀλόλυζε·
οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάεσθαι.

400. πρόσθ'(ε)] πρόσω Ryl. ‖ 405. πέλει, δϝεινὸσ] *πέλοντ', αἰνὸσ? Cf. § 52 et 275. ‖ 411. γρῆϋ H n] γρηΰ (γρηυ P) Ω. Cf. τ 383. ‖ 412. κταμένοισιν] φθιμένοισιν olim alii (Cic. ad Att. IV 7 § 2 al.).

quo impense gavisuram scit. „*Huc ades*", — clamat, — „*o anus grandaeva, quae in aedibus nostris plurimum vales: vocat te pater meus!*" Cf. Achillis et Menelai item animo vehementer commoto loquentium ad Phoenicem verba I 607 P 561: Φοίνιξ, ἄττα γεραιὲ διοτρεφέσ (παλαιγενέσ). Etiam Γ 386 ancilla anus dicitur γρηΰσ παλαιγενήσ. Ulixis adventum dudum Eurycleae cognitum esse (τ 467 sqq.) Telemachus nescit, neque Euryclea scit Ulixem a filio esse agnitum; silere enim et eam et ipsum Telemachum iussit Ulixes (τ 502 π 301 sqq.; cf. υ 129—143).

398. τῆι δ' ἄπτεροσ ἔπλετο μῦθοσ] cf. ρ 57. *Gaudio* nunc, ut modo *metu*, Euryclea *obmutescit*.

399. θύρασ] cf. φ 236.

401. κταμένοισι νέκυσσι] cf. Χ 203.

402—406. Eadem comparatio est P 541 sq.

404. παρήϊα] cf. Δ 142.

408—412. Alta voce, ut in sacrificiis, anus deos invocare coepit gaudio elata. At Ulixes *tacita* — ait — *laetare: deos ne voca! Inter hominum caesorum corpora ad deos precari nefas.* Non Cyclopes vel Laestrygones sunt di, qui carnibus humanis fruantur: tum sunt vocandi, cum boves vel pecudes iis mactantur hostiae. De verbo ὀλολῦξαι cf. γ 450, de locutione οὐχ ὁσίη Λ 648 π 423, de verbi εὐχετάεσθαι forma § 191. Nihil vero praeter caesorum hominum mentionem cum nostro loco commune habet Archilochi qui in scholiis affertur versus (fr. 66): οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσι sive: *turpe est mortuis viris etiam illudere.*

τούσδε δὲ μοῖρ' ἐδάμασσε θεῶν καὶ σχέτλια ϝέργα·
οὔ τινα γὰρ 'τίεσκον ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, 414 sq. = ψ 65 sq.
οὐ κακὸν οὐδὲ μὲν ἐσθλόν, ὅ τισ σφέασ εἰσαφίκοιτο· 415ᵃ = Ζ 489; 415ᵇ cf. μ 40
τῶι καὶ ἀτασθαλίηισιν ἀϝεικέα πότμον ἐπέσπον. 416 = 317
ἀλλ' ἄγε μοι σὺ γυναῖκασ ἐνὶ μεγάρωι κατάλεξον, 417 sq. cf. τ 497 sq.
αἵ τέ μ' ἀτιμάζουσι καὶ αἳ νηλείτιδέσ εἰσι." 418 cf. π 317
τὸν δ' αὖτε προσέϝειπε φίλη τροφὸσ Εὐρυκλέεια· 419 = τ 21
„τοιγὰρ ἐγώ τοι, τέκνον, ἀληθείην καταλέξω. 420 = π 226
πεντήκοντά τοι εἰσὶν ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκεσ
δμωιαί, τὰσ μὲν ϝέργα 'διδάξαμεν ἐργάζεσθαι,
εἴριά τε ξαίνειν καὶ δουλοσύνην ἀνέχεσθαι.
τάων δώδεκα πᾶσαι ἀναιδείησ ἐπέβησαν,
οὔτ' ἐμὲ τίουσαι οὔτ' αὐτὴν Πηνελόπειαν·
Τηλέμαχοσ δὲ νέον μὲν ἀέξετο, οὐδέ ϝε μήτηρ
σημαίνειν εἴασκεν ἐπὶ δμωιῆισι γυναιξί.
ἀλλ' ἄγ' ἐγὼν ἀναβᾶσ' ὑπερώϊα σιγαλόεντα
ϝείπω σῆι ἀλόχωι, τῆι τισ θεὸσ ὕπνον ἐπῶρσε."

413. τοῦσδε δὲ H] τοὺσ δὲ G P, τοὺσ δὴ F. ‖ 415. ὅ τισ] cf. Τ 265. ‖ 417. μεγάρωι] cf. Β 137. ‖ 418. νηλ(ε)ιτιδεσ F] -τεῖσ Ω. Cf. τ 498. ‖ 419. φίλη τροφὸσ] περίφρων G (ut τ 491). ‖ 420. In marg. habet G. ‖ 422. ϝέργα Bentley] τ' ἔργα. — ἐργάζεσθαι] neglecto ϝ. Aptum foret e. g. ὅσσα ϝέϝοικε. ‖ 423. δουλοσύνην Ryl. M U] -νησ G F P. Cf. Ω 518 ψ 302. ‖ 425. τίουσαι] τιμῶσαι F (cf. § 165 et Δ 46). ‖ 429. ἐπῶρσε Ryl. G F] ἔχευεν P (cf. β 395).

413—416. „Quid autem factum sit, si rogas, poenam hi luerunt meritam". Verba μοῖρα ... καὶ σχέτλια ϝέργα valent: *fatum quod suis sibi sceleribus intulerunt*; cf. α 34 sq. et Π 850.

417. ἐνὶ μεγάρωι] sanguine enim conspersum megaron (cf. vs. 437 sqq.) ancillae purgare debebunt.

418. νηλείτιδεσ] cf. π 317.

419. Εὐρυκλέεια] § 73.

421. *Quinquaginta*, ut in aedibus Alcinoi (η 103).

422. 'διδάξαμεν] dicit Penelopen et se ipsam, fortasse et Eurynomen. Cf. vs. 425 et Ζ 414.

423. καὶ δουλοσύνην ἀνέχεσθαι] *et omnino officiis ancillaribus fungi.* De voce δουλοσύνη cf. Γ 409.

424. δώδεκα] cf. α 245—248.
— ἀναιδείησ ἐπέβησαν] cf. Β 234.

425. *Non me solam*, quae praeposita tamen iis eram, *sed et ipsam reginam vilipendentes.* Similis gradatio est ψ 66: οὐ κακὸν οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν ἐτίεσκον.

426 sq. *Telemachus autem puer etiam erat* (= ἥβασκε, cf. ν 360), *neque ancillis eum iussa dare sinebat mater.* — His demum diebus virum et dominum Telemachus gerere se coepit.

429. Dormit Penelope; cf. φ 358 ψ 4 sq.

τὴν δ' ἀπαμειβόμενοσ προσέφη πολύμητισ Ὀδυσσεύσ·
„μή πω τήνδ' ἐπέγειρε· σὺ δ' ἐνθάδε ϝειπὲ γυναιξὶ
ἐλθέμεν', αἵ περ πρόσθεν ἀϝεικέα 'μηχανάοντο."
ὣσ ἄρ' ἔφη· γρῆϋσ δὲ δι' ἐκ μεγάροι' ἐβεβήκει 433 = τ 503
ἀγγελέουσα γυναιξὶ καὶ ὀτρυνέουσα νέεσθαι. 434 = σ 186
